Baſiliſcus tyrannus qualis fuit C.1.titu.2.l.16.in pr.S. & poſtea B.E.

Baſiliſci memoria damnata eſt C.5.t.12.l.28.in fin.

Baſtardus Legitimari non poteſt à comite, exiſtentibus legitimis, & non conſentientibus C.5.t. 27.auth. præterea Bald. ¶Succedere non poteſt ab inteſtato C.5.t.27.l.12.in fin.E.

Beatum nihil omni parte. N.133.ca.5.K.

Beliſario duce, Africa à Vandalis recuperata C.1.t.27.l.2. §.13.C.

Bellum facit, vt emphyteuticarius non cadat emphyteuſi. etiamſi non ſoluat canonē C.4.t.66.l.2.C. ¶Mutat leges pacis C.6.t.50.l.2.in pr.P.

Bellum Ciuile, non facit captiuum C.7.t.14.l.5.S.

Belli metus, excuſat colonum C.4.t.65.l.8.A.in fin.

Bella, Introducta iure gentium. Inſt.1.t.2.§.2.D.1.t.1.l.5. ¶Principi curæ eſſe debent C.3.t.43.l.3.

Bellis Externis populus eximendus eſt C.8.t.10.l.12.in pr.

Benedicendi coniugibus ritus, ab inſtitutione diuina deſumptus L.98.D.

Benedictio an in matrimonio neceſſaria l.89.K.O.P.Q.

de *Benedictione* matrimonij ſeruorum C.L. Alex.comm.9.

Benefacere alteri, officij magis, quàm neceſſitatis eſt L. 50.C.*de diverſ. reg. iur.*

Beneficiarij, linguarum periti eſſe debent. N.123.cap.2.H.

Ex Digeſtis.

Beneficium, ex Actione, actionem ſequitur. D.50.tit. 17.l.68.in fin. ¶Bene merentibus concedi debet. D.40.tit.4.l.20. ¶Diuiſionis, competit fiſco, & heredi. D.46.t.1.l.51.§.5. fideiuſſoribus. l.26.27.28.51.in pr. tutoribus contumaciter non gerentibus. D.26.t.7.l.38. I. tutorum fideiuſſoribus. D.27.t.7.l.7. non competit ſi dubitentur an fideiuſſor ſit ſoluendo. D.46.t.1.l.10. mentientibus. l.10.§.1. fideiuſſoribus diuerſorum. l.43.51.§.2. intercedentibus viriliter. l.51.in pr. vel tutoris vnius. D.46.t.6.l.12. ¶Diſtinguitur ab iniuria non ex euentu, ſed ex animo D.47.t.2.l.53.in prin.E. ¶Fideiuſſoribus triplex competit. aduerſus creditores D.46. tit.1.l.10.in pr. O.l.17.A.l.26.P. ¶cum Iniuria alterius, aliter poſtulare non poteſt. D.36.t.1.l.12. ¶Inuito confertur. D.3.ti. l.38.D.40.t.12.l.1.D.46.t.3.l.23.53 91. ¶Inuito non datur. D. 50.t.17.l.69. ¶ab Inuito non datur D.28 ti.5.l. 81. ¶Legis amittit, qui cōtra ipſam legem facit. D.23.t.2.l.48.§.1. ¶Legis. 2.Cod. de reſcind. vendit. quibus proſit. D.38.t.5.l.1 §.13.H.K. L. ¶Merita præſupponit. D.17.tit.2.l.9.E. ¶ex Neceſſitate non proficiſcitur. D.23.t.2.l.50.S. ¶Perſonale, cum perſona extinguitur. D.24.t.3.l.13.D.50.t.17.l.68.194. ¶Principis, cō-
cedi

cedi debet ſine alterius iniuria.D.4.tit.6.l.18. D.11.t.7.l.12. D. 43.t.8.l.2.§.10.16.iniquum eſt,quandoque.D.28.t.6.l.43. ¶Interpretari debet pleniſsimè.D.1.t.4.l.3.D.28.t.6.l.43. ¶Prætoris nemini eſt damnoſum.D.46.t.5.l.8.¶Venditoris prodeſt emptori.D.18.t.4.l.6. ¶Vnius non extenuat maleficium alterius.D.9.t.4.l.17.

Ex Codice.

Beneficium Abſolutionis Cod. t. titu.3. conſt. Item quęcunque. ¶Actionis ratione competens, actionem ſequitur l. 68. *in fin. de regulis iuris.* ¶Ætatis,excludit querelam inofficioſæ donationis C.3.t. 29. l.6. ¶Cedendarum actionum,competit correis C.4.t.65.l.15. L. & tollitur renunciatione generali C.5.tit.35.l.3. F. ¶Ceſſionis bonorum,prodeſt ad euitandum carcerem, non ad liberationem C.7.t.71.l.1. ¶Conſortium vni collatum, ad aliũ etiam pertinet C.1.titu.23.l.1.L. ¶Debitoribus vſurariis conceſſum,ad eorum mandatores, & fideiuſſores pertinet C.4.t. 32.l.20.O. ¶Diſcuſſionis, competit ementibus in fraudem creditorum,vt ſc. primò diſcutiantur bona principalis debitoris. C.7.tit 75.l.1. competit fideiuſſoribus aduerſus ream C.4.t.10.l.15.† ¶Diſcuſſionis, competit poſſeſſori pignoris extraneo,ſi debitore principali,& fideiuſſore omiſſis, creditor eum conueniat, C. 8.tit.14.auth. hoc ſi. competit etiam vxori,in cauſa mariti primipili C.8.tit.15.l.4. ¶Diſcuſſionis, non competit, mulieri in bonis mariti,ſed agere poteſt aduerſus tertios creditores dotis nomine C.5.t.12.l.29.O. ¶Diuiſionis,competit conſtituentibus pro alio C. 4. tit.18.l.3. correis debendi,vi exceptionis taciti pacti, quia creditor liberauit vnum ex iis,pro ſua perſona C.2.t.3.l.18. competit fideiuſſoribus inter ſe C.4.t.10.l.15.†. ſi omnes idonei ſunt C.8. t.41.l.3. competit fideiuſſoribus idoneis,ante ſententiam, nõ autem poſt. C.8.t.41.l.10.§.1. competit fideiuſſoribus non renũciantibus, ex epiſtola D.Hadriani C.4.t. 18.l.3.Z.cõpetit magiſtratibus,qui tutores dant,ſi ſoluendo ſint.C.5.t.75.l.3.4. mandatoribus C.4.t.18.l.3. non competit fideiuſſoribus renunciantibus 4.t.18 l.3.Z. ¶Diuiſionis, opponi debet à fideiuſſoribus,ante ſententiam C.8.t.41.l.10.§.1. ¶Diuiſionis fideiuſſorum,vocatur etiam Epiſtolæ D.Hadriani C.8.t.41.l.10.§. 1.C. ¶Diuiſionis,tollitur renunciatione generali C.5.t.35.l.3. F. ¶Donationis reuocandæ,ob non factam inſinuationẽ,tollitur renunciatione generali C.5.t.35.l.3.F. ¶Duplex,dari videtur ei,qui cogitur beneficium accipere.C.7.tit.2.l.15.§.2.I. ¶Emancipationis,meretur præmium trientis in lucris nuptialibus C.6.t.60.l.2. ¶Epiſtolæ diui Adriani quatenus extendatur.N.99.cap.1.I.competit fideiuſſoribus C.4.tit.10.l.15.†. ¶Excuſſionis,competit fideiuſſoribus C.5.t.75.l.1.in fin. locum habet,in actione tutelæ C. 5 t. 75.l.1.4. tollitur renunciatione generali C.5.t.35.l.3.F. ¶Inuentarij, tollitur renunciatione generali C.5.t.35.l.3.F. ¶Iuris Municipalis, tollitur renunciatione generali C.5.t.35.l.3.F.

Benef. Legis 2 competit. QVIBVS? ¶Accipienti rẽ æſtimatam,ſi deceptus vltra dimidium.C.4.tit.44.l.2.S. ¶Accipienti in ſolutum,fundum nimis æſtimatum.C.4.t.44. l.2.S. ¶Conductori C.4.t.44.l.2.S. ¶Decepto vltra mediũ, i.vt nec dimidia pars veri precij accepta ſit.C.4.tit. 44.l.2. R. ¶Decepto vltra dimidium iuſti precij,inſpecto tempore cõtractus.C.4.t.44.l.8. ¶Diuidenti C.4.t.44.l.2.S. ¶Emptori C.4.t.44.l.2.S.C.5.t.18.l.6.Q. ¶Heredibus venditoris C.5.t. 74.l.1.M.decepti C.4.t.44.l.2.Q. ¶Locatori C.4.t.44.l.2.S. ¶Maiori cuiuis,C.5.t.74.l.1.N. ¶Maiori 25.annis, decepto vltra medium.C.4.t.44.l.2. ¶Margaritas vendenti minoris C.4.t.44.l.8.A. ¶Marito,in æſtimatione dotis decepto C.5. t.18.l.6.P.¶Minori vẽdenti eũ decreto, ſi vltra mediũ deceptus C.4.t.44.l.2.P.¶Mobilia precioſa vendenti.C.4.t.44.l.8. A. ¶Nũmorum ſectionem minoris vendenti.C.4.t.44.l.8. A. ¶Omnibus contrahentibus bona fide C.4.t.44.l.2.S. ¶Permutanti C.4.t.44.l.2.S. ¶Tranſigenti C.4.t.44.l.2.S. quod improbatur à quibuſdam l.2.T. ¶Vendenti coactè,quia debitorum mole oppreſſus erat. C.4.titu.44.l.16. ¶Vendenti ob molem debiti publici,iniquo pretio C. 4.titul.44.l. 16. C. ¶Venditorib.C.4.t.44.l 2.S.C.5.t.74.l.1. ¶Deceptis, C.5.t.18. l.6.P. ¶Vxori,in æſtimatione dotis deceptæ C.5. tit.18.l.6.P. ADVERSVS QVOS? ¶Decipientem:qui electionem habet,vtrum reſtituere,aut precium ſupplere velit. C.4.t.44.l. 2.A. ¶Ementem,ex auctione fiſcali gratioſa.C.4.tit.44.l.16. ¶Emptorẽ,data ei electione,vtrum precium ſupplere vel reſtituere rem malit.C.4.titul.44.l.2.E. AD QVID? Fundum minoris venundatum reſtituendum, vel ſupplendum preciũ C.4.t.44.l.2.C. ¶Preciũ ſupplendum, non ad imedietatem, ſed verum,rei valorem,qui fuit tempore contractus C.4.tit. 44.l.2.F.¶Precium iuſtum,vel rem:electione decipienti data C.4.t.44.l.2.E. ¶Rem reſtituendam, vel ſupplendum preciũ C.4.t.44.l.2. ¶Reſcindendam venditionem rerum mobilium & immobilium:quod quidam tamen limitant C.4.t.44. l.2.C. ¶Subhaſtationem iniquam,& fraudulenter initam, reſcindendam C.4.t.44.l.16.E. QVEMADMODVM? ¶Auctoritate iudicis interueniẽte C.4.t.44.l.22.D.CONTRA NON COMPETIT QVIBVS? Alienanti cum iuramento, de rẽ nũquam reuocanda C.4.t.44.l.2.T.¶Duplum precium offerenti C.4.t.44.l.6. ¶Magno precio comparatum, minoris vendenti C.4.t.44.l.4. ¶Minoris diſtrahenti,quod olim maioris emptum eſt C.4.t. 44.l.4. ¶Neceſſitate cogente, paulo villore pretio vendenti C.4.t.44.l.12.15. ¶Scienti verum rei valorem C.4.titul.44.l.2.T. ¶Scienti & conſentienti, minus precium in inſtrumento comprehendi, quàm rei, quæ venderetur,eſſe conuenerat C.4.t.44.l.11.in pr. ¶Vendenti iuſſu teſtatoris C.4.t.44.l.2.T. ¶Vendenti paulo villori precio, etiamſi ignorauit qualitatem rei C.4.t.44.l.15. ¶Non viliore vendenti,propter munus publicum tamen vel vrgens debitum C.4.t.44.l.12. ¶Vxori deceptæ in æſtimatione dotis, ſi res in natura non ſunt C.5.titul.18.l.6. in fin. AD QVID? ¶Reſcindendã venditionem rei,quæ pluris fuit empta, quàm vẽdita C.4.t.44.l.4.QVANDO?¶in Alienatione decreto Iudicis facta C.4.t.44.l.2.T. ¶propter Auctum à tempore venditionis valorem C.4.ti.44.l.2.T. ¶Venditione exiguo precio facta:certæ rei contemplatione habita C.4.tit.54.l.6. ¶in Venditione ipſo iure nulla C.5.t.71.l.11.¶poſt 30.annos à vẽditione elapſos C.4.t.44.l.2.T.

Beneficium Legis 2.rationem habet temporis venditionis C.4.t. 44.l.2.O. quare tantùm ad venditorem pertinere volunt C. 4.t.47.l 2.H. non extinguitur,ratihabitione C.5.t.74.l.1.

Beneficium Legis 6.D. de tranſact.tollitur generali renunciatione C.5.t1.35.l.3.F. ¶Legis Iuliæ,de bonis cedendis C.7.t.71.l.4 ¶Legis,Si vnquã.Cod.de reuocandis donationibus.v.Donatio. ¶Non abſtrahendi de domo,tollitur renunciatione generali C.5.t.35.l 3.F. ¶Non Incarcerandi,tollitur generali renunciatione C.5.titul.35.l.3.F. ¶Ne in ſolidum conueniatur,tollitur renunciatione generali C.5.t.35.l.3.F. ¶Ordinis,fideiuſſoribus competit, N 4.ca.1.E. & venditori,vt tum demum conueniatur,cùm res ex antecedenti cauſa euincatur C.4.tit.48.l.1.Y. tollitur, renunciatione generali C.5.t.35.l.3.F. ¶Penſionis minuendæ ob bellum, tollitur generali renunciatione C.5.tit.35.l.3.F. ¶Perſonale, non prodeſt correo,etiam in vna eadémque cauſa C.7.tit.68. l.2. cùm perſona perit l.68.96.*de reg.iur.* ¶Perſonale, ſine die,aut conſule,caret auctoritate C.1.t.23.l.4. ¶Principalis, prodeſt fideiuſſori C.7.t.54.l.3.§.1. ¶Repræſẽtationis,prodeſt filiis fratrum conſanguineorum, vel vterinorum tantùm, poſt eos qui ex vtroque latere ſunt C.6.t.57.auth.poſt fratres autem. ¶Repręſentationis, hodie conceſſum eſt fratrum & ſororum filiis C. 6. t. 57.l.3. auth. ceſſante & filio eius, qui fratrem vterinum anteceſſit C.6.t.57.auth.ceſſante L.non habet locum,poſt fratres fratrúmque filios,C.6.t.57.auth. poſt fratres,fratrúmque ¶Reſcripti, amittitur actu contrario C. 8.t.34.l.2. ¶Reſtitutionis, ex quacunque cauſa competens, competit ſucceſſori C.2.t.53.l.4.¶Reſtitutionis, extinguitur, ratihabitione à maiore facta C.5.t.74.l.1.N. ¶Reuocationis alienatorum in fraudem pupilli, locum habet in actione tutelæ C.5.ti.75.l.1.4. ¶Separationis, competit creditoribus defuncti,contra creditores heredis C.7.t.72.l. 2. ¶Simulationis,tollitur renunciatione generali C.5.t.35.l.3.F.

Beneficium nõ datur inuito C.4.t.66.l.2.B.l.69.156.§.4.*de reg.iur.* C.7.t.2.l.15 §.2.H. ¶Tribui non debent, in alienius iniuriã C.8.t.49.l.4.

Beneficij acceptor obligatur ad *ἀντίδωρ.*D.5.t.3.l.25 §.11. & eius ſpecies l.69. K.*de diuerſ.reg.iur.*

Beneficium petens, cauſam eius impetrandi exprimere debet C.2.t.45.l.2.§.2.M. ¶Præſtantibus,gratiæ habẽdæ ſunt, non autem contumelia reddenda C.5.t.27.l.10. ¶Non Præſtat,qui debitum præſtãt C.6.t.3.l.2.F.

Ex Digeſtis.

Beneficio:Adfici hominem,intereſt hominis.D.9.ti.4.l.17. ¶Adiuuari,non decipi debemus.D.13.t.6.l.17.§.3.¶Competente ex iure alterius,poſſum vti contra alium.D.37.titu.4.l.10.§ 6.N. ¶Introducto pro ſe ei quiſque renunciare poteſt Digeſt. 4.l. 41.vti poſſum te inuito, licet id habeam propter te. Digeſt. 37.tit.4.l.10.§.6.N.

Ex Codice.

Beneficio non iuuatur, qui in legem beneficij committit C.6.tit. 39.l.22.§.12.C.

Beneficia,Imperatoris pleniſsimè interpretari debent.D.1.t.4 l.3. Stricti iuris ſunt,ſi in detrimentũ alterius ſint D.1.t 4.l.3.F.

Benemeriti, prouocandi ſunt præmiis iuris Cod. 7. t.13.leg.1.

Beneuolentia Dei,ab Imperatoribus imitanda C.5.t.4.l.23.in pr.

Benigna interpretatio amplectenda eſt.28.1.4.l.3.

Benignius interpretatio facienda eſt C.8.t.22.l.2.§.10.*de inut.ſtip.*

Benignius interpretandum eſt.D.40.t.4.l.18.§.1.D.50.t.17.l.155.§.fin. Cætera vide in Dubio.

Benignitas,amplectenda.D.36.t.4.l.1.præfertur rigori.D.2.ti.14.l.8.in fin.

Bes Vſura legitima inter mercatores C.4.t.32.l.26.§.1.Q.

Beſtiæ Feræ occupantium fiunt:& in alieno ſolo, niſi prohibeatur,capi poſſunt.Inſt.2.t.1.§ 12. ¶Vulneratæ, ſi capi poſſunt,occupatæ intelliguntur.§.13. ¶Quæ abire & redire ſolent,quatenus reuertuntur propriæ manent.§.15.

ad Beſtias Damnatus vide damnatus.

ad Beſtias damnati, libertatem & teſtamenti factionem amittunt.D.28.t.1.l.8.§.fin.ſerui pœnæ fiunt.D.48.t.19.l.12.à præſide prouinciæ dimitti poſſunt.l.31.

Biblia à quibus tranſlata:quemadmodum N.146.cap.1.C. & qua lingua legi poſsint N.146.cap.B.

Biennium Appellationis introducendæ ſublatum, introducto annali C. 7.tit.63.l.5.§.2. ¶Quo exceptio non numeratæ pecuniæ præſcribitur: dato chirographo C.4.t.2.l.5. ¶Tempus anguſtum C.7.t.31.l.1.in pr.

Biennij prohibitio, ſequentium annorum indulgentia eſt C.2.tit.12.l.3.N.

Bigamia prohibita C.5.t.3.l.5.C.5.t.5.l.2.

Binuba in diaconiſſam eligi non poteſt,N.123.cap.13.P.

Binubus non poteſt promoueri ad ſacerdotium .N.22.ca.42.L.N.

Ex Digeſtis.

Bis idem exigi bona fides non patitur. D.50.tit.17.l.57.promittens non niſi ſemel tenetur.D.45.tit.1.l.18.25.28.§.19.l.56.§.7.D.46.1.2.l.8..§.5.

Ex Codice.

Bis exigi idem eſt contra bonam fidem C.7.tit.52.l.1. ideóque peti non debet C.8.t.36.l.1.

Biſſexto natus quo die natus videatur.D.4.t.4.l.3.§.3.

Biſſextus an debeat comprehendi in anno.D.40.t.7.l.4.§.5.

Bizantinum imperium quàm late patuit C.1.titulo 1.l.t.in pr.K.

Blaſphemare Deum,effectus eſt luſus C.3.t.43.l.3.

Blaſphemia quando committatur.N.77.in epigraphe.E.

Blaſphemiæ Ludentium,iudicum inhibitionibus debent comprimi C.3.t.43.l.3.in fin.

Blaſphemiæ in luſibus prohibendæ C.3.t.43.ex argum.lat. ſolent enim ſequi aleam C.1.t.4.l.34.§.1.

Blanditiæ non ſunt prohibitæ in teſtamento, ſed vis C.6.t.34.l.3.F.

Blandicijs precari licet teſtatorem, ad inſtitutionem Cod.6.titu.34.l.3.F.

Bona Adminiſtratoris, tacitè obligata ſunt, pro geſtis & non geſtis C.5.t.37.l.20. ¶Aduenæ defuncti,reſtituuntur heredibus veris,vel erogantur in pias cauſas C.6.1.58.auth.omnes. ¶Adulteræ in monaſterium detruſæ,intra quos diuidantur C.9.t.9.auth.ſed hodie. ¶Aliena defendi ab alio, vetitum eſt.N.17.cap.14.A. ¶Alterius occupari non poſſunt, citra ſolennem ordinem C.2.t.3.l.14. ceſſa v.ceſſa ¶Clericorum.& religioſorum inteſtatorum,ad quos deferantur C.1.t.3.l.20.E. ¶contrahentis cum fiſco, tacitè ei obligata ſunt C.8.t.15.l.2. ¶Curatoris,tacitè obligata ſunt, pro geſtis & non geſtis C.5.t.37.l.20.

Ex Digeſtis.

Bona damnatorum PERTINENT AD QVOS? ¶Filios in crimine maieſtatis,iis non exiſtentibus ad Fiſcum. D.48.t.4.l.9. ¶Fiſcum poſt creditores.l.20.H. ¶Liberos conceptos ante.& poſt damnationem natos l.1 §.1.natos ex iuſtis nuptiis.l.1.§.2. ¶Maritum ante fiſcum.l.4.5. NON PERTINENT AD ¶Filios, ſi pater dimidiam partem bonorum amiſit. D.48.t.20 l.1.§.3.

Ex Codice.

Bona Damnatorum, intra legitimum tempus, fiſco deferri debent,aliàs in quadruplum pœna eſt C.9.t1.49.l.11. heredibus deferuntur ab inteſtato.excepto crimine maieſtatis C.9.t.49.auth.Bona v.Damnatorum.

Bona Debitoris,creditoribus in ſolutum dari poſſunt C.7.tit.71.l.4.in fin.P. non tamen pro debito, ſtatim addici debent C.7.t.72.l.6. ¶Debitoris fiſci, vendi non debent ſine authoritate præſidis:aliàs res vendita reuocabitur C.4.titul.46.l.2.L. ¶Debitoris principalis,prius diſcutienda ſunt quàm ad reuocatoriam veniatur C.7.1.75.l.1, ¶Eccleſiæ minui non poſſunt à principe. vide princeps,ſed pauperibus non locupletibus diſtribuenda.N.3.c.3.F. ¶Filiorum non debent alienari,eſt.n.pietati paternæ contrarium C.6.1.60.l.8.§.5.A. ¶Liberorum,à matre vitrico in dotem dari,inuitis liberis nō poſſunt C.5.t.12.l.13. ¶Mariti, vxori addici non debent, citra ſolennitatem C.5.t.22.l.1.quamuis tacitè obligata ſint,pro dote reſtituenda C.5.t.13.l.1.§.1.L. v.mariti. ¶Materna, ad Liberos prioris matrimonij pertinent C.5.tit.9.l.4. ideóque Liberis ſeruanda ſunt,à patre C.5.t.9.l 5.§.1. ¶Materna,æqua portione,niſi mater aliter diſpoſuit,veniunt tam ad liberos,ex priore viro,quàm ad eos qui ex ſecundo, vel tertio etiam ſunt C.5.ti.9.l.4.verſ. ad maternas. ¶Materna, vſufr.tenus, patris ſunt:proprietate verò liberorum C.5.t1.9.auth.vxore ¶Materni generis,per patrem alienari non poſſunt C.6.t.59.l.2. ¶Matris,liberis ſunt obligata, pro rebus ab eorum patre ad eam tranſlatis,à die,qua res illæ ad matrem peruenerunt C.5.t.9.l.6.§.2. ¶Matris obligata ſunt liberis.qui lucra nuptialia ſibi reſeruari debent C.5 t.9.l.8.§.4. ¶Minoris tutelam gerentis,an obligantur C.5.t.30.l.5.I. ¶Minorum, alienari non poſſūt.ſine interpoſitiōe decreti C.5.t.37.l.22.in fin.C.5.1.70.l.2 ¶Nauigantiū,ex naufragio aliquo appulſa,apud dominos permanēt C.6.t.2.conſt.Friderici. ¶Negotiorū geſtoris, vēdi poſſunt v.Emptio contrahitur.omnia alterius, pro alio,ex cauſa:publicari poſſunt C.4.t.17.H. ¶Parentū, inter liberos ęqualiter diuidūtur C.5.t.9.l.6.in pr.alienari poſſunt ab altero parente ſuperſtite,nec nuptias iterante C.5.ti.9.l.6.§.3.l.8.§.2. ¶Parentum ad ſecunda vota tranſeuntium, ſunt liberis, quibus debentur,lucra reſeruari obligata Cod.5.titul.9.l.8.§.4. ¶Parentum, liberis ingratis auferuntur C.5.tit.9.auth. heres ¶Paterna,ad liberos prioris matrimonij pertinēt C.5.t.9.l.4. & liberis ſeruanda ſunt,à matre C.5.t.9.l.5.§.1. ¶Vſufr. tenus matris ſunt,proprietate verò liberorum C.5.tit.9.auth.vxore l.6.§.1.in pr. ¶Paterna immobilia,vendenda non ſunt,vt matri pecunia in donatione propter nuptias cauta, & non inuēta,præſtetur C.5 tit.9.auth. ſed ſi aurum ¶Paterna mobilia, quemadmodum ad matrem transferuntur vel non C.5.t.9.l.6.§.1. ¶Peregrini in Gallia morientis, regis fiunt, aliàs heredibus conſeruātur,per epiſcopos loci C.6.t.58.auth.omnes A. ¶Præſentis prius excuti debent, quàm abſentis C.3.t.15.auth.Qua.N. ¶Priuatorum ne à Principe quidem,aut à magiſtratu vendi poſſunt D.21.t.2.l.11.R. ¶Proſcriptorum, v.ſ.cod. Damnatorum. ¶Pupillaria,quemadmodum alienari poſſint. C.5.t.32.l.1.A. alienari non poſſunt,niſi ex cauſis legitimis C.5.t.37.l.16. ¶Pupillaria,alienari non poſſunt,ſi ſeruando ſeruari poſſunt:niſi ex cauſa neceſſitatis, præcidente inquiſitione,cauſæ probatione,& ſubſecuto decreto C.5.t.37.l.22. ¶Res abſentis,annotantur C.9.t.2.l.6. ¶Tutoris,pupillo tacitè obligantur C.5.t.30.l.5.K. pro geſtis & non geſtis C.5.tit.37.20. ¶Vacantia debitoris, à fiſco non agnita,auctoritate iudicis, à creditoribus poſſideri poſſunt C.7.ti.72.l.5. ¶Vitrici, tacitè ſunt obligata,ſi mater tutrix,non redditis rationibus nubat C.8.t.15.l.6. ¶Vxoris, tacitè obligantur pro dote præſtanda C.5.t.13.l.1.§.1.M. ¶Vxoris, pignori capi non poſſunt,ob debitum viri.C.9.1.12.l.1, non confiſcantur, confiſcatis bonis viri C.9.t.49.in pr.

Ex Digeſtis.

Bona fides, exigit.Acta inter contrahentes præſtari. D.19.t.1.l.11. ¶Bis idem ne præſtetur.D.50.t.17.l.57. ¶Cōtractus legem ſeruari in venditione.D.8.t.4.l.13.in pr. ¶exigitur in Contractibus.D.16.1.3.l.13.D.17.tit.1.l.59.§.1. ¶Fructu tenus veritati comparatur.D.50.t.17.l.123.136.

Ex Codice.

Bona fides Non patitur, vt idem bis exigatur C.5.t.37.l.25. vt ſi iudicati agat is,qui iam recepit, id cuius nomine egerat C 7.t.52.l.1. ¶Non patitur vt contractus iure perfectus,altero inuito reſcindatur C.4.tit.44.l.3.5. ¶Exigitur in adminiſtratoribus rerum alienarum C.5.t.37 l.3. ¶in Contractibus C.4.1.10.l.4. emptione C 4.t.44.l.5. in initio vſucapionis,C.7.titu.31.l.1.Q. ¶Non prodeſt ſola ad vſucapionem C.7.tit.30.l.3. ¶à Mandatario præſtanda eſt C.4.titul.35.l.10. ¶Requiritur,in venditione pignoris C. 8.tit.28.l.9. ¶Tuetur emptionem,& venditionem C.4.tit.44.l.8. ¶Veritati comparatur l.136.*de reg.iur.*

Ex Digeſtis.

Bonæ fidei Emptor,non tenetur reſtituere fructus conſumptos. D.20.t.1.l.1.§.2. ¶Poſſeſſor an expenſas recuperet. D.6.ti.1.l.48.fructus ſuos an faciat perceptione.D.22.t.1.l 43. vel à ſolo ſeparatos.D.6.1.1.l.78.& quando faciat ſuos.D.7 tit.4.l.13. tenetur in id quod ad eum peruenit. D.5.ti.3.l 20.§.6.cætera vide in verbo Poſſeſſor. ¶Bonæ fidei cauſæ duæ,error, & iuſtus titulus §.35.A.*de rerum.*

Ex Codice.

Ex Codice.

Bonæ fidei Contractus vid. Contractus. ¶Poſſeſſor quemadmodum condemnatur § 2. *Inſtit. de offic. Iud.* v. Poſſeſſor. ¶Res, ad perfidiam trahenda non eſt C.4.t.34.l.11.in pr.H.

in Bonæ fidei contractibus, Inæqualitas in melius reformatur C.3.t.38.l.3. ¶Maiores 25. annis reſtituuntur, aduerſus dolum aduerſarij C.4.t.49.l.2. ¶Vſuræ veniunt ex mora, quæ ſopito iudicio principali, peti non poſſunt C.4.t.32.l.13.

Bonæ fidei contrarius eſt, dolus C.4.t.44.l.5.

Boni & æqui pugna. D.16.t.3.l.31.§.1.

Boni appellatio, non eſt certæ rei ſignificatiua D.45.t.1.l.75.

Boni mores, diuitiis præualent D.26.t.5.l.21.§.5.

Bono melius, inueniri poteſt. D.45.t.1.l.75.N.89.in præfat.

Bonam fidem præſtare debet, qui procurat. D.17.t.1.l.10.

Bonorum Annotatio, an hodie locum habeat C.9.t.2.l.6.†. ¶Deſcriptio v. Deſcriptio. ¶Origo inſpicitur C.5.t.9.auth. ex teſtamento. ¶Poſſeſſio adgnoſci poteſt à tutore, ante ſatiſdationem præſtitam C.5.t.42.l.5.

Ex Digeſtis.

Bonorum poſſeſſio adquiri poteſt. A QVIBVS? ¶Abſente. D.37.t.1.l.7.in pr. ¶Captiuo bonorum poſſeſſionẽ petente l.12.in pr. ¶Cæco intelligẽte t.3.l.2. ¶Corporibus t.1.l.3.§.4. ¶Decuriis l.3.§.4. ¶Dicente teſtamẽtũ falſum, ſi obtinuerit l.14. ¶Filiof. citra voluntatem patris, ſi modò ratam habuerit. D.29.t.2.l.6.§.1. ¶Fœmina, D.37.t.1.l.7.in pr. ¶Furioſi curatore l.12.in pr.l.16.t.3.l.1. ¶Mandatario t.1.l.3.§.7. ¶Matre impuberis. l.15. ¶Municipibus. l.3. § 4. ¶Muto intelligente t.3.l.2. ¶Patre nomine infantis l.7.§ 1.2.ti.3.l.1. ¶Non Petente.tit.1.7.in pr. ¶Proximo gradu t.1.l.9.10. ¶Relegato l.13. ¶Seruo l.7. in pr. ¶Societatibus l.3.§.4. ¶Surdo intelligente t.3.l.2. ¶Tutore nomine pupilli. t.1.l.7.§.1.2.l.11. ¶Ventre l.12.in pr.

Ex Codice.

Fœminis; vt à maſculis C.6.t.28.l.4.in fin.P.

Ex Digeſtis.

QVORVM? ¶Filiif. qui ius teſtandi habuit & patrisfamil.l.3.§.5. ¶Mortui apud hoſtes l.3.§.6. QVEMADMODVM? ¶Cauſa cognita, & de Plano l.3.§.8. ¶NON POTEST A QVO? ¶Damnato capite l.13. ¶Herede in teſtamento deleto etiã inconſulto t.2.l.1. ¶Impubere ſine tutore t.1.l.7.§.1. ¶Infante ſine patre l.7.§.1. ¶Inuito l.3.§.3.

Ex Codice.

Filio arenario C.3.t.28.l.11.

Ex Digeſtis.

QVEMADMODVM? ¶Contra ius ciuile D.37.titu.1.l.12.§.1.

Bonorum poſſ. repudiari poteſt. QVÆ? ¶Propria. D. 38.tit.9.l.1.§.1.6. A QVO? ¶Curatore furioſi, cui delata eſt poſſeſſio l.1.§.5. ¶Pupillo, authore tutore l. 1. §. 4. PER QVOS? ¶Procuratorem voluntate expreſſa mandantis.l.1.§.2. ¶Seruum l.1.§.3. NON POTEST. QVAE? ¶Aliena D.38.t.1.l.1.§.1.6. A QVO? ¶Tutore. D.37.t.1.l.8.

Bonorum Poſſeſſio amittitur Tranſacto tempore C.6.t.9.l.1.

Ex Codice.

Bonorum poſſeſſio defertur QVIBVS? ¶Fratri, & ſorori pariter. C.6.t.57.l.1. ¶Matri, in bonis patrui ſui C.6.t.16.l.1. ¶Proximo, C.6.t.9.l.2. ¶Sequenti, ſi prior omiſerit C.6.t.16.l.1. ¶Sorori, & fratri pariter. C.6.ti.57.l.1. & quibus defertur vide *ſucceſſio cognator.* QVEMADMODVM? ¶vel Teſtamento facto, vel ab inteſtato, & quemadmodum C.6.t.11.F. ¶Teſtatione qualicunque amplectendæ hereditatis interpoſita C. 6. t.9.l.9.†. A QVIBVS? prę ſide, etiã à duumuiro hodie C.6.t.9.l.6.†. CONTRA NON DATVR QVIBVS? ¶Nutritoribus C.6.t.58.l.10. ¶Vitrico, in bonis priuigni. C.6.t.58.l.3.

Bonorum Poſſeſſio, Iuris honorarij eſt C.6.t.15.l.3.

Bonorum Poſſeſſio Quẽadmodũ, & quãdo peti poſſit §.4. *verſ. cũ igitur de bonor. poſſ.* & quomodo §.6. PETI POTEST. ¶per Parentes proximos adgnatos, ſi deferatur infanti C.6.t.30.l.18. ¶Solẽniter olim C.6.t.58.l.1. ¶intra Tempora edicto præſtituta. C.6.t.9.l.9.t.13.l.1. intra legitima tẽpora, C.6.t.9.l.2.4.8. quæ non currunt ignoranti.l.8. CONTRA PETI NON POTEST: donec de teſtamẽto quæſtio eſt C.6.t.11.l.1.H ſi nõ ſit iuſtũ matrimoniũ C.6.t.58.l.9.S.

Bonorum poſſeſſio repudiari poteſt ab emancipato, etiam abſente ſuo patrono C.6.t.19.l.1.

Bonorum poſſeſſionis effectus D.37.t.1.l.1.2.3.§.1. ¶Forma l.3.§.8. ¶Ordo, qualis ſeruetur. D.38.t.14.l.1.in pr.§.2. ¶Tempus, vtile eſt.l.2.in pr.§.1.2.3.4.l.4.§.1.l.5.in prin.§.1. & temporis ſcientia, qualis eſſe debeat.l.2.§.5.l 3.

Bonorum poſſeſſor quantum conſequatur hereditatis petitione. D.5.t.5.l.1.2.

Bonor. Poſſeſſio Adgnita per tutorem infantis nomine, perfectè adquiritur C.6.titulo 9.l.3. ¶Decretalis, datur ſecundum nuncupationem C.6.tit.36.l.8.§.3.S. ¶Filio delata, à patre repudiari non poteſt C.6.tit.19.l.2. ¶Infantis nomine, à patre eius peti C.6.t.30.l.18.in pr. ¶Litis ordinandæ cauſa, transfert in filium emancipatum exheredatum, ius agendi de inofficioſo, quod aliàs de iure ciuili non competeret, quia emancipatus eſt C.3.titul.28.l.2. Accurſ. in verb. Quamuis. ¶Litis ordinandæ gratia conceſſa, non auſert ſcriptis heredibus poſſeſſionem, quia illa poſſeſſio non tribuit ius, niſi victor in lite fuerit C.3.t.28.l.2. ex primo & ſecundo decreto, quando poſtulari poteſt Cod.3.titu.1.l.7.A ¶Proximitatis nomine, locum non habet, durante quæſtione falſi C.6.t.11.l.1. ¶Proximitatis nomine, ad ſeruiles cognationes non pertinet, C.6.t.4.l.4.§.10. ¶Repudiata, non facit, vt ſucceſſioni legitimæ locus non ſit C.6.tit.30.l.13. ¶Secundum nuncupationẽ, quando legitimæ præfertur C.6.t.11.l.2.

Ex Digeſtis.

Bonorum poſſeſſio ex Succeſſorio edicto competit: QVIBVS? ¶Cognatis defuncto proximis. D.38.t.16.l.8.in pr. ¶Filio emancipati patroni.t.9.l.2.§.2.l.5.§.1. ¶Liberis.t.9.l.1.§.12.14.15.16.patroni, eo mortuo.t.2.l.2.in pr.l.23 §.1.2.vulgo quæſitis.t.9.l.18. ¶Parentibus.t.9.l 1 §.12.14.15.16. ¶Patrono, ſi filij ſui inſtituti abſtineant.l.6.§.23. ¶Sequentibus, primis ad ſe nolentibus pertinere vel mortuis t.2.l.2.in pr.l.17.t.9.l 1.§.8.9.10. ¶Subſtituto, filio impuberi t.9.l.1.§.13.ſi inſtitutus mortuus ſit t.16.l.9.

Bonorum poſſeſſio ſecũdum tabulas cõpetit. QVIBVS? ¶Domino ſerui heredis ſcripti. D.37.t.11.l.2.§.9. ¶Filio Inſtituto ſub conditione l.2.§.1. reuerſo ab hoſtibus poſt mortem patris l.11. ¶Heredi demonſtrato, etiã non errore.l.12. ſcripto primo gradu, & ſic deinceps. l.2.§.4.5. ¶Liberis ſe hereditati immiſcere nolentibus. l.2. in prin. ¶Inſtitutæ filiæ patroni mortuæ, pendente appellatione. D.38.t.2.l.6.§.1. ¶Inſtitutis, ſub conditionibus. D.37.t.11.l.5.6.8. in pr. etiam contrariis.l 2 §.6. licet in prænomine & cognomine erratum ſit.l.8.§.2. ¶Liberis primò l.2. in pr. ¶Poſthumo.l.3. ¶Seruo inſtituto ſub conditione: l.10. ¶Subſtituto, ſi inſtitutus vel mortuus ſit vel omiſit.l.3.§.3.8.l.8.§.1.4.l.9.tt1 in pr. EX QVA RE? ¶Tabulis extantibus, licet non pereantur.l.2.§.2.4.5.6.7.11. vel poſtea perdantur l.1 §.3. ſupremis l. 1. §. 1. vtilibus factis ab illis, qui teſtamenta facere poterant.l.1. §.8.9.leg. 4.6.7. NON COMPETIT. CVI? ¶Adgnato tranſuerſali, proximiore exiſtente. D.37.titul.10.l.12. ¶Filio cuius pater dolo fecit, ne teſtamentum mutaretur D.38.t.13.§.1. ¶Patrono, libertum capitis accuſanti. D.37.tit.14.l.11. EX QVA RE? ¶Exemplo teſtamenti D.37. t.11.l.1.§.7. ¶Teſtamento inciſo voluntate teſtatoris.l.1.§.10. vel rupto adrogatione.l.11.§.2. in quo nomen heredis conſultò inductum eſt, vel non conſultò ſcriptum l.2.§ 7.l.8.§.3.

Ex Codice.

Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas, peti non poteſt, petita bonorum poſſeſſione contra tabulas C.6.t.12.l.2. requirit, vt tabulæ ſeptem teſtium ſignis ſignatæ ſint, C.6.t.11.l.2.

Ex Digeſtis.

Bonorum poſſ. Cõtra tabulas Competit. QVIBVS? ¶Adoptiuis. D.37.t.4.l.1. in pr.l.3.§.1.2.3.4.l.8.§.13.l.9.10.in pr.§.1.2.3.l.21.§.1. ¶Auo paterno præterito ab emancipato.t.2.t2. l.1.§.1.2. ¶Captis ab hoſtibus & poſtliminio reuerſis t.4.l.1.§.3.4. ¶Exheredato, beneficio præteriti l.20. ſub cõditione.l.18.in pr. licet extraneꝰ fuerit, modò adrogatus ſit.l.8.§.8. ¶Filio adoptati, licet in familia nõ erat l.1.§.9. emancipati.l.17. vel emancipatorũ l.3.in prin.§ 5. militi, qui manumiſit. D.38.t.2.l.22. à parẽte exheredato, ſaluo iure in libertũ.l.40. patroni, dantis liberto liberã teſtãdi voluntatem l.47 §.2. deportati l.4.§ 2. militis ab eo præteriti l.47.§.4. ¶Filiis patroni, adrogatis à liberto, etiã ex minore parte inſtitutis D.38.t.1.l.50.§ 5. præteritis.l.35. ¶Filiæ accuſanti libertum ex voluntate patris.l.47.§ 1. patrono in adoptionem datæ.l 39. ¶Inſtitutis, beneficio præteriti iam nati vel naſcituri.t. 4.l.4.§.3.l.4.8.§.4.11.t4.l.10.§.6.l.11. in pr. ¶Liberis libertorum, ante patronos. D.37.t 14.l.21.§.3.4.l.22. & inſtitutis ſub conditione ea deficiente. D.38.t 9.l.10.§.4. naturalibus D.37 t.4.l.1.in pr.l 3 §.1.2.3.4.l.8.§.5.12. patroni, inſtitutis à parente D.38.tit.2.l.2.§.6. vel præteritis. l.12. patroni, cui ſubſtitutus eſt aliquis patrono mortuo l. 16. §. 11. ſiui iutis vel emancipatis D.37.titul.4.l.1 §.6.7.l.3.in pr. ¶Municipibus D.38.titu.3.l.1. ¶Nepoti. D.37.titul.4.l.1.§.7.titul.5.l.25. in prin. exheredato, non notæ cauſa. D.38 titul.2.l.47.in pr. filio deportato, vel ſeruo pœnę facto. D.37.tit.4.l.1.§.8.9.l.2. vel mortuo.l.3 § 7.l.6. libertum capitis accuſanti, vel in ſeruitutem reuocante l.16.§.5. ex filio emancipato mortuo. D.37.t.4.l.6.t.8.l.3. ex filio qui in adoptiua familia vxorẽ duxit.t. 4.l.14.§.1. patroni, poſt mortẽ aui cõcepto. D.38.t.2.l.47.§.3. præterito

à filio emancipato.D.37.ti.4.l.21.in pr. ¶Patri prӕterito,ab emancipato.D.37.t.12.l.1.in pr.§.1.6.l.3.§.4. in bonis aduenticiis.D.29.t.1.l.29.§.3.l.30. ¶Patrono.D.37.t.14.l.20.21.in pr. l.23.§.1.D.38.t 2.l.3 §.5.l.20.§.5.l.21.23. in pr.l.25.26.28.43.50. §.1.2 5. dicenti falſum iudicium teſtatoris,ſi deceptus ſit.l.6. ſi filij liberti omittant.l.30.§.1.liberti, per obreptionem adrogati.l.49.monenti poſtremo.l.52. manumiſsi ex cauſa fideicommiſsi.l.29 minori adgnoſcenti iudicium defuncti,ſi reſtituatur.l.8.§.5.l.14.§.2.petenti libertum in ſeruitutem ex cauſa.l.3 .prӕterito.l.34.36.42.§.1.à liberto.D.37.tit.12.l.1.in pr.§.2.capto ab hoſtibus,& ibi mortuo.D.38.t.2.l.4.§.1. ¶Ius annulorum aureorum habente.l.3.in pr. ¶Poſthumis D.37.t.4.l.1.§.2.3. ¶Prӕteritis ſolis.D.37.t.8.l.3. ¶Proauo paterni aut prӕterito ab emācipato. D. 37.t.12.l.1.§.1.Superuiuenti ex patronis communis liberti.D.38.t.2.l.24. ¶Ventri vide venter. QVANDO? ¶Ante hereditatem aditam,quod in patrono locū nō habet.D.37.t.4.l.4.in pr. NON COMPETIT QVIBVS? ¶Adgnoſcenti iudicium defuncti. D.37.tit.4.l.15.Adoptato à filio emancipato.l.20.§.2. ¶Auo ſuſpecto nomine nepotis.l.16. ¶Emancipato prӕterito,ſi ante petitam poſſeſsionem ſe adrogandum dederit.l.3.§.6. ¶Exheredatis.l.8.in pr.§.1.2.3.4.6.7.9.10.l.10.§.4. ¶Filio patroni accuſanti libertum paternum capitis. D.38.ti.2.l.50.§.6. exheredato & à fratre adrogato.l. 42.in pr.militi,ſeruum de caſtrenſi peculio manumittenti.l.3.§.8. ¶Incapacibus edicti.D.37.t.4.l.10.§.4.teſtamenti factionis paſsiuӕ.l.3.§.10. ¶Inſtitutis.D.37.t.4 l.3.§.11.l.19.qui adierunt.l.14.in pr.ſub conditione.l.3.§.12.l.18. in pr. ¶Legatario.l.3.§.16. ¶Liberis exheredatis a parente, niſi ex cauſa.D.38 t.2.l.10.§ 1.l.11.prӕteritis ab emancipato à patre.D.37.t.12.l.1.§.5.ſcriptis heredibus.l.3.§.11. ſub conditione l.3.§. 12.l.18.in pr.etiam impoſsibili.l. 2.§. 13. vel quorum ſerui ſcripti ſunt heredes,& ipſorum iuſſu adierunt.l.3.§.15. quibúſve legatum eſt.l.3 §.16. ¶Nepoti adoptato, ſi inſtitutus ſit.l.13.§.1.filio inſtituto vel exheredato. l.4.§.1. etiam ſub conditione.l.3.§.14. viuo filio exheredato.D.38.t.2.l.27.38.in pr. ¶Parenti prӕterito, ab emancipato accepta pecunia. D. 37.t.12.l.1.§.3.D.38.t.2.l.3.§.4.coactè.D.37.t.12.l.5.vel à milite l.1.§.4.D.38.t.2.l.3.§.6. ¶Patrono accuſanti libertum criminis extracturӕ.D.38.t.2.l.48.vel capitis.D.37.t.14.l.10.D.38.ti.2.l.3.§.9.l.14.15. adgnoſcenti iudicium defuncti.l.6.§.4.l.7.8. non alenti libertum.l.33.calumnianti.l.15.deportato, ſi reſtitutus ſit.l.3.§.7.debitam portionem habenti.l.41.44.45.50.in pr. debitori,cui liberatio legata eſt.l.50.§.6. dicenti falſum teſtamentum,ſi non obtineat l.19.in pr. ſi filius liberti impubes ſubiectus dicatur,& in poſſeſsione ſit.l.42.§.2.vel ſi filio liberti fideicommiſſum ſit relictum.l.4.§.3.Inſtituto conditionaliter,ſi conditio eueniat.D.38.t.2.l.3.§.1.12.13.14. ſub cō ditione iuriſiurandi. l.20.in pr.ex debita portione.D.37.t.14.l.21 §.2.D.38.titu.2. l.3.§ 10.15.16.17.18.19.20.l.5.in pr.l.19.§.1 etiam coniunctim cum alio.l.20.§.2.3.ex modica parte.l.6. in prin.ex vncia.D.37.t.14.l.21.§.1.2.D.38.t.2.l.10.in pr.cui legatum eſt.l.31.necem liberti non vendicanti.l.37.§.1. ¶Petenti libertum paternum in ſeruitutem.9.l.14.15. 16. in pr.§.1.2.3. prӕterito à liberto natalibus reſtituto.l.3.§.1. vel eo,qui necē domini detexit.l.4.in pr.vel obtinuit a principe liberam teſtamenti factionē.l.3.§.2. ¶Reuendenti quӕ libertatis cauſa impoſita ſunt.l.37.in pr. ¶Teſtificanti in capitali accuſatione contra libertum.D.38.ti.2.l.14.§.5.6.

Ex Codice.

Filiabus prӕteritis C.3.t.28.l.15.E. ¶Patrono prӕterito à liberto,qui iure quaſi caſtrenſis peculij teſtatus eſt C.3.titu.28. l.37.§.1.

Bonorum poſſeſsio cōtra Tabulas eſt eiuſdem iuris, ordinis,atq; diuiſionis eſt,cuius eſt ſucceſsio ex iure ciuili.D.37.t.4.l.1.§.1. l.11.§.1.l.13.§.2.3.non pertinet ad teſtamēta fœminarū.l.4.§.2.

Bonorum poſſeſsio ex Teſtamento militis cui competat.D.37.ti. 13.l.1. ¶Quando peti poteſt vel non.D.26.t.1.l.15.§.6. ¶Tranſuerſalibus delata, intra centum dies vtiles peti debet C.6.t.9.l.2. ¶Ventris nomine,finitur,partu abortiuo edito C. 6.t.29.l.2.E. ¶Veteris iuris confirmandi cauſa, quandoque datur *in pr.circ.in med.de bonor.poſſ.* ¶Vnde cognati, datur cognatis:non tamen inuitis C.6.t.15.l.5. defertur nepotibus,aui materni C.6.tit.15.l.3. datur propiori ſobrino C.6.tit.15.l.2. ¶Vnde legitimi, datur conſobrinis C.6.t.15.l.1. ¶Vnde liberi,datur deſcendentibus,& alios excludunt C.6.t.14.l.1.datur etiam emancipatis C. 6. t. 14.l.1. competit ab Inteſtato, ſuis non exiſtentibus C.6.t.14.l.2. intra annum ab emancipatis adgnoſcenda eſt C.6.t.9.l.4. non datur, ſuo herede exiſtēte C.6.ti.14.l.2. ¶Vnde vir & vxor, datur coniūgibus inter ſe:deficientibus cӕteris cognatis.C.6.t.18.l.1.

Bonorum poſſeſsionis datio,miſti imperij eſt C.6.t.9.l.9.†.

Bonorum poſſeſsionis ex legibus & ſenatuſconſultis edictum.D. 38.ti.14.l.1.in pr.effectus l.1.§.1.in qua ſucceſsione illa locum habeat.l.1.§.2.

Bonorum poſſeſsionis introductӕ ratio & effectus in pr.§ 1.2.*de bonorum poſſeſſ.*

Bonorum poſſeſsionis ſpecies ordinariӕ ex iure veteri §.3. *de bonor.poſſeſſ.& iure nouo.§.4.*

Bonorum poſſeſsionis formularis petitio,ſublata eſt a Conſtantino.C.5.t.70.l.7.§.3.in fin.C.

Bonorum poſſeſsionem petere poteſt emancipata, intra annum, non emancipata intra triennium, non autem poſtea C.1.t.18. l.3.L.M.

Bonorum poſſeſsionem petens contra tabulas, ab omni iudicio liberti repellitur.D.38.t.2.l.16.§.5.6.7.8.9.10.

Bonorum poſſeſsionem nemo cogitur petere §.6.E.*de bonor.poſſ.*

ad Bonorum poſſeſsionem qui admitti poſſunt,& intra quod tempus C.6.t.9.

de Bonorum poſſeſſ.repudianda,C.6.t.19.

de Bonorum poſſeſſ.ſecundum tabulas C.6.t.11.l.1.2. contra tabulas,quam prӕtor liberis pollicetur C.6.t.12. contra tabulas liberti,quӕ patronis,liberiſque eorum datur C.6.t.13.

Bonorum poſſeſsiones à Iuſtiniano receptӕ §.4. *A.de bonor.poſſeſſ.*

Bonorum poſſeſſor poſſeſsionem ab alio detentam, recuperat interdicto quorum bonorum v. interd.quor.

de Bonorum ſeparationibus C.7.t.72.

Bonorum ſuorum adminiſtratio, prodigo interdicta. D.27.1.10.l.1.

qui Bonis cedere poſſunt C.7.t.71.vide Cedere.j.

Bonis cui interdictum eſt, is pupillo in ſtipulationibus comparatur D.12.t.1.l.9.§.7.

de Bonis auctoritate Iudicis poſſidendis: ſeu venundandis C.7.t.72. ¶Controuerſia pendente, alimenta degenerari non debent C.5.t.50.l.1. ¶Damnatorum C.9.tit.49. ¶quӕ Liberis in poteſtate patris conſtitutis, ex matrimonio,vel aliàs adquiruntur,putà ex caſu dotis, donatione propter nuptias, hereditate, legato vxoris vel mariti C.6.tit.60.D. ¶Libertorum,edicti ratio. D.38.t.2.l.1.in pr. ſumma. l.1.§. 2. ¶Rutilij edictum.l.1.§ 1. ¶Liberorum C. 6.t.4. ¶Maternis C.6.t.59. ¶Materni generis C.6.t.59. ¶ex matrimonio quӕſitis, C.6.t.60.l.4. ¶quӕ ex Matrimonio filij quӕruntur C.6.t.60.l.4.C. ¶Mortem ſibi conſciſcentium C.9.t 50. ¶Mortui apud hoſtes C.8.t.51.l.4. ¶Proſcriptorum C.9.tit.49. ¶quӕ ex Sponſalibus filij adquiruntur C.6.t.60.l.5.

contra Bonos mores,legatum & iuſiurandum nullius ſunt momēti D.30.t.1.l.1.2.§.fin.

Bonis moribus contrarium quod eſt,obſeruandum non eſt C.6. t.25.l.5.

Bonitas rei venditӕ,& euictӕ ӕſtimatur à tempore venditionis D.21.ti.1.l.13.14.15.non eſt rei non entis. D.19.t.1.l.4.§.1.L.

Breues quadrimenſtrui conficiendi, & in ſcrinio laterculi deponendi C.1.t.31.l.5.§.2.

Breuitas chartulӕ,ſi rectè, facta ſit,nihil derogat C.8.ti. 54.leg.13. ¶Epiſtolӕ, non vitiat donationem C.8.t.54.l.13. ¶Libellis appellatoriis ineſſe debet, cui tamen nihil deeſt C.7.t.62.l.39.§.1. ¶ſine Obſcuritate, eſt laudanda l.1.G.*de diuerſ.reg.iur.* ¶Quemadmodum, & ad quid inducitur C.5.t.4.l.24. ¶Requiritur, in relatione facienda C.7.tit. 61.l.3.

Breuitas]gaudent breuitate moderni C.7.t.62.l.39.§.1. Bartol.

Bos Aratorius,ſocius laboris agricultoris C.8.t.17.l.7.E. ¶in Capitolio locutus C.1.1.27..l.1.in pr.E. ¶Commodatus,v.commodare. ¶Emptus ſub conditione experiundi, ſi ſeruum cornu petierit,quemadmodum agatur. Digeſt.9.titu. 2.l.52.§.3.

Boues Aratorij, mactari non debebant ex l.Attica C.8.t.17.l.7.E. ob debita ciuilia.pignoris cauſa à poſſeſsionibus abſtrahi nō debent C.8.t.17.l.7.

Boues in Anguſtias cogens, ſi ſe deiiciant in factum actione tenetur,D.9.t.2.l.53.

Brutus primus conſul Romanus,vindicias ſecundum libertatem dixit,in perſona Vindicis Vitelliorum D.1. t.2.l.2.§.24.

Bucellarij Equites armati,ante imperatorem exercitui, in agmine equitabant C.9.t.12.l.10. in pr.F. ¶Miſsionē habentes,latrocinio & raptu viuere ſolent C.9.ti 12.l.10.in pr.F.

Bulgarus Irriſus ex lectione legis *Rem non nouam C. de iudicijs* C.3.t.1.l.14.l.

C

Cadauer Humatum, tranſſerri non poteſt, ſine Auguſti affatibus. C.3.t.44.l.14. ¶Sepultum transferri non poteſt, ſine cauſæ cognitione C.3.t.44.l.1. ¶Sepulturę perpetuæ nondum traditum, tranſportari poteſt C.3.t.44.l.10.

Cadauer Inferens in poſſeſſionem vacuam, vel lapidem, inuito vel ignorante domino, non facit locum religioſum, ſecus ſi voluntate C.3.t.44.l.2.

in Cadauer Delinquentis an aliquid ſtatui poteſt C.9.t.6.F.

Cadauera trãsferũtur, de loco in locũ, ſine vectigali C.3.t.44.l.15.

Cadauera, punitorum quando vel quibus concedenda vel deneganda ſunt, vt ſepeliantur. D.48.t.24.l.1.2.3. ne inſepulta iaceant intereſt reipub. D.11.t.7.l.43.

Caduca Orta ſunt in bello C.6.t.50.l.1.in pr.

Caducorum Obſeruatio, inuidioſum amittit vigorem C.6.t.50.l.1.

de Caducis Tollendis C.6.t.50.K.

Caducariorum librarij in caſtris, qui C.6.titul.61.l.2.T.

Cædes Domini vleiſcenda à Seruis C.7.t.13.l.1.

Cædes Accidere ſolent, ex vi illata C.9.t.12.l.6. ¶Imputatur, auctori vis illatæ C.9.t.12.l.6.

Cæſar nobiliſſimus & Imperator. N.22.cap.31.D.

Cæſar Iratus præcipiens vide princeps.

Cæſaris Emphyteuſis v. emphyteuſis.

Cæſari conuenit reip. ſalutem tueri D.1.t.15.l.3.

Cæſarum Romanorum tempus. N.47.in præfat.E.

Caius Octauius, educatus apud vitricum Cod.5.titul.49.l.1.M.

Calamitas Belli quod introducit, Lenitas pacis ſopire debet. C.6.t.50.l.1.in pr. ¶Matris non debet nocere ei, qui in ventre eſt in pr. *verſic. & è contrario: de ingen.* D.1.t.5.l.5.§.2. ¶Matris non nocet filio antè concepto, licet poſtea nato C.9.t.47.l.4.

Calchedonenſe Concilium, à Baſiliſco condemnatum C.1.t.2.l.16.in pr.B. ¶Concilium habuit 630. epiſcopos C.1.t.1.l.4.M.

Calchedonenſis ſynodus, Eutychen, Dioſcorum, & ipſum rurſus Neſtorium, ſub Marciano damnauit C.1.t.1.l.7.§.4.E.

Calcis Ictu Interficiens aliquem, vid. Homicidij.

Calculi error, poteſt retractari poſt decennium vel vicennium. D.50.t.8.l.8.in pr. non facit conditionem deficere D.35.t.1.l.32. *de Calculi* errore vide Error.

Caligulæ turpis lucri deſiderium. N.28.cap.4.§.2.F.

Calliditas Condemnati, victori nocere non debet C.8.t.23.l.3. ¶Heredis repudiantis, fideicommiſſario non nocet C.6.tit.48.l.4. ¶Sua, nemini prodeſſe debet. D.2.t.11.l.5. D.4.tit.3.l.1. D.10. tit.4.l.11.§.1. D.17.tit.2.l.63.§.7. ¶Serui non, obeſt domino D.15.t.2.l.3.§.9.

Calliditas excludenda C.1.t.49.l.1.in pr. ¶Fructum non meretur C.5.t.17.l.3. C.6.t.37.l.25.

Calliditati non conſulitur C.4.t.29.l.5.

Calor Inconſultus caret calumniæ vitio. D.48.titul.16.leg.1.§.5. ¶Iracundiæ, excuſat ab accuſatione inſtituta C.9.t.42.l.2. ¶Iuuenilis, moderandus eſt tutorum, & curatorum ſuaſione C.5.t.59.l.4. coarctandus, ne cupidini deditis, triſtem exitum ſentiãt, qui eos poſt diſperſum expectat patrimonium. C.6.t.60.l.8.§.5.in fin.

Calore factum, ratum non eſt, niſi perſeueretur. C.4.t.1.l.2.

Calumniari non oportet ius ciuile. D.10.titulo 4.leg.19.

Calumniari non videntur, qui legibus vetita redarguunt. N.7.in epilog.C.

Calumnians Alterius ſtatum, reſpondere debet intra diem à Iudice præfinitum, aliàs continuans punitur C.7.t.14.l.5.

Calumniantium audacia refrenanda eſt C.1.t.3.l.33.§.8. ¶Iniquitates, per legitimos tramites expellendę *in pr. proemij*. ¶Vox, non eſt admittenda C.5.t.27.l.4.

Calumnia Accuſatoris coercenda eſt C.3.t.24.l.3.§.1.3. punienda non eſt, poſt ſententiam abſolutoriã latam, in qua calumniæ damnatus, nõ eſt C.9.t.46.l.1. ¶Antiqua abrogata eſt C.2.t.59.l.2.§.8.in fi. ¶in Ciuili cauſa cõmiſſa, punitur criminaliter. C.7.t.16.l.31. Accuſ. ¶Filij contra libertum paternum: nepoti ex eo nato, nihil nocet D.38.t.2.l.16.§.4. impunita non eſt relinquenda, D.25.tit.6.l.1.§.1.

Calumnia Ceſſat in ciuili negotio C.9.tit.46.l.5. ¶Coercenda eſt eo tempore, quo de cauſa præſente accuſatore iudicatur. C.9.t.46.l.1. ¶Committi non debet, ſub prætextu officij C.5.t.37.l.6.N. ¶Eccleſiaſticis interdicta C.1.titul.4.l.34.§.4.V. ¶Gallis non eſt in vſu C.2.t.59.T. ¶Locum habet, in criminali. C.9.tit.46.l.5. ¶Sumenda non eſt inde, vnde ſinceritas promanat. N.160.in præf.A.

Calumniæ Accuſare licet QVOS? ¶in Criminali non probantem C.9.t.46.l.5. ¶Facientẽ torqueri alienos ſeruos, per calumniam. C.9.t.46.l.6. ¶Summiſſum etiam accuſatorem, C.9.t.46.l.8. CONTRA NON LICET QVOS? ¶Filium paternam mortem vendicantem C.9.t.46.l.4. ¶Heredem, necem defuncti vendicantem C.9.t.46.l.2. ¶Non probantes, in ciuili cauſa C.9.tit.46.l.5. ¶Matrem, filij necem vindicantem. C.9.tit.46.l.2. QVEMADMODVM? ¶Solennibus accuſationis nondum impletis C.9.t.46.l.7.

Calumniæ actio competit. CVI? Filio D.t.6.l.7.§.1. ¶Et cui vt calumnia fieret, pecunia data eſt alicui. l.7.in pr. ¶Heredi. l.4. ¶Patri nomine filij. l.7.§.1. ADVERSVS QVEM? ¶Accipientem pecuniam per calumniam. D.3.t.6.l.1.in pr.§.1.&.2. ¶Accuſatorem ſe abſentantem reo præſente. D.48.t.1.l.10. ¶Dantem alterius nomine, vt calumnia fieret. D.3.t.6.l.7.in pr. ¶Depectum. l.3.§.2.3. ¶Heredem. l.5.in pr. ¶Liberos patroni. D.37.tit.15.l.5.in pr. ¶Parentes patronum vel patronam. l.5.in pr. ¶Publicanum qui pecunia accepta, mancipia retinet D.3.t.6.l.7.§.2. AD QVID? ¶Pœnam ordinariã. l.9. vel extra ordinariam. l.8.

Calumniæ actio locum habet in Cauſis fiſcalibus. D.3.t.6.l.1.§.3. pecuniariis & publicis. l.1.§.1.3. ante vel poſt iudicium pecunia accepta ſit. l.1.§.2.

Calumniæ, edicti ſumma. D.3.ti.6.l.1.in pr. crimen à damno ſeparatum eſt. l.9. actio & condictio ob turpem cauſam concurrunt. l.5.§.1.

Calumniæ Facultas non debet capi, ex honeſtate principis. D.28.t.5.l.pen. ¶Fomenta reſtinguenda ſunt C.5.t.4.l.19. ¶Pœna Ceſſat, in mortis paternæ accuſatione. Cod.9.t.46.l.4.

in Calumniæ actione annus ex parte dantis vel accipientis quando cedat. D.3.t.6.l.6.

de Calumniæ iuramento vide Iuſiurandum. vide Iurare.

Calumniator Abolitionem petere non poteſt C.9.ti.42.l.3. ¶Abolitionum beneficia nulla habere poteſt, C.9.t.46.l.9. ¶Excuſari nõ poteſt, ab infamia neq; publica, neq; priuata abolitione, neque reſcripto principis C.9.t.46.l.9. ¶Expenſas litis ſoluit C.7.t.51.l.5.§.1. ¶Iudicari debet intra annum, & interim Carcere contineri debet C.9.t.4.l.6.§.2. ¶Litera K. inurebatur l.13.D.de teſtam. Calumniatori abſolutione rei, niſi expreſſè condemnetur C.9.t.46.l.3.

Calumniator Damnatus famoſus eſt D.3.t.2.l.4.§.4. ¶Nemo, fit

Calumniatores minuendi C.2.t.59.l.2.§.8.

de Calumniatoribus C.9.t.46.

Caluiſiana competit patrono, ad alienata ab Inteſtatõ à liberto in eius fraudẽ. D.38.t.5.l.3.§.3.4.5.l.3. vide in fraudem patroni.

Cameram ex figulino opere circa parietem communem habere licet. C.8.t.2.l.19.§.1.

Campani, cautione pollicitationis metu ab aliquo extorta, à prætore coërcentur D.4.t.2.l.9.§.3.

Cancellari poteſt in teſtamento, nomen heredis. D.28.t.4.l.2.

Cancellarius Accuſari poteſt, v. Accuſari. ¶in Prouincia manere debet per.50.dies, poſt munus depoſitum Cod.1.titu.51.l.3. ¶Non eſt perpetuus Cod.1.titul.51.l.3.5. à ſecretis iudicum eſt N.161.cap.1.A. ¶Subſcribere debet diuinis iuſſionibus, alioquin non valent. N.114.in epig. & quemadmodũ ſubſcribere debet, reſcriptis. C.1.titul.23.auth. Gloſſ. ¶Torqueri poteſt, vide Torqueri.

Cancellarij qui miniſterium geſſerunt, ad idem adſpirare non debent C.1.t.51.l.5.

Cancellarij, & eorum officium, C.1.t.51.l.8.N,

de Cancellariis iudicum C.1.t.51.

Ex Digeſtis.

Cancellatio heredis inſtituti, non nocet legatariis aut libertati. D.28.tit.4.l.3. vnius inſtrumenti, ſi plura ſint, aliis non nocet. l.4.

Ex Codice.

Cancellatio Inſtrumenti, facit præſumi debitoris liberationem C.8.t.43.l.22.M.

ſemper requiritur, ad ſolutionem probandam. C.8.ti.43.l.22. M. ¶Teſtamenti conſultò à teſtatore facta, teſtamentum vitiat C.6.t.23. l.30.I.

Cancellatus chirographus non probat ſolutionem. D.22.titulo 3.l.24.

Canis inter pecudes non eſt.D.9.t.2.l.2.§.2.

Canem Irritans ſiue teneat vel non, qua actione teneatur. D.9.ti.2.l.11.§.5. ¶Vulnerans Damni iniuriæ.

Canon præſcribi non poteſt C.7.t.39.l.6.

Canonis Acceptilatione, purgatur mora C.4.t.66.l.2.C.

Canones obſeruandi ſunt C,t.t.2.l.6.

Canones in eccleſiaſticis, iuri ciuili præferuntur C.1.t.2. l,12.§.1.M.

Canones ſacri, non minus quàm leges valent. Cod.1.titu.3.l.45. Quatuor ſanctorum conciliorum, pro legibus habendi.N. 131.cap F.ſacri pro legibus obſeruandi.N.6.cap.1.§.8.I.

de Canonibus.N.131.D.

de Canonico, & conſuetudinibus, quæ dantur pro ordinatione C. I.Iſaac.comm.

Canonicorum numerus pro reditu eccleſiæ augendus.D.50.tit.6. l.5.§.8.G.

de Capacitate Solidi C.6.ti.18.l.1.

Capilli ſummiſsi publicè interdicti. D.47. titulo 10. l. 39.

Capitalis Inimicitia tutela excuſat.D.27.t.1.l.6.§.17.Sententia, vide Sententia.

Capitaneus, Adquirere ſolet ex ſpoliis hoſtium, vel in ipſa bellorum occupatione C.8.tit.54.l. 36 § 1.vide Magiſter militum.

Capitanei militum vide Tribuni.

de Capitatione adminiſtrantiũ, &c. vide Annonis: ¶Infantium C.I.Leonis Icon.2.

in Capitatione nemo excuſatur, niſi miles.D 50.t.4.l.18.§.29.

de Capite cenſitis.N.17.cap.14.B.

Capitularia C.1.titulo 2.Conſt.Frider.Caſſa ſunt.

Cappadoces Imperium habuerunt. N. 30. in præfat. C.

Cappadociæ HABEBAT MVLTAS domus, & poſſeſsiones principis, C.3.t.26.S.

Cappadociæ proconſul in Tamiacos habuit imperium. N.30.ca. 1. A.

Captari iuris ciuilis verba non oportet. D. 10. titulo 4. l. 19.

Captatoriæ, inſtitutiones quando improbentur vel non.D.28.t.5 l. 70.71.ſcripturæ neque in legatis neque in teſtamentis valent. D.30.t.1.l.64.

Captio minima ex duabus eligenda eſt l.20.*de regul.iur.*

Captiones Inanium verborum, excluduntur C.6.1.9.l.9.

Captiones Vitandæ in Legibus. C.8.t.35.l.3.

Captiuus Poſtliminij ius habet, non transfuga C.8.t.51. l.19. ¶Redditus præfecto legionis, ſine precio, ſtatim ius poſtliminij conſequitur C 8.t.51.l.5. ¶Reuerſus res amiſſas recuperat, & vſurpatas reſciſſoria actione recipit C.8.t.51.l.18. ¶Virtute militum liberatus, non fit libertinus C.8.t.51.l. 2.

Captiui in priuatis carceribus detenti, ab epiſcopis liberandi.C. 1.t.4.l.23. ¶Reuerſi ab hoſtibus, coguntur ratum habere, contractum à minore ſuo nomine factum, C.1.t. 3. aut ſi captiui Romani, ab hoſtibus reuerſi, iniuria non ſunt adficiendi.C.t.t.4.l.11.

Captiui filius heres eſt l.36.

Captiui inteſtati hereditas, ad quos pertineat.l.40.F.ob Delictũ leue die paſchali dimittendi C. 1.t.4.l.3.

Captiui Teſtamenti factionem habent l.40.B.C.D. ¶Vendi ab Imperat.& per hoc ſeruari ſolent.§.3.*de iure perſon.*

Captiuorum: liberi è publico alendi l.36.K.vxores aliis nubere nõ poſſunt.l.33.

Captiuis Legari poteſt C.6.t.48.l.3. ¶Relictum non eſt in certis perſonis relictum.C.1.t.3.l.49.in pr.H.

de Captiuis Redimendis C.1.t.3.

Captiuitas Non officit natalibus C.7.t.14.l.4.¶& Ingenuo, reuerſo ab hoſtibus.C.7.t.14.l.9.

Captiuitatis cauſa, ſacra diſtrahi poſſunt.C.t.t.2.l.22.

Captiuitates iuris Gentium ſunt §.2.*de iur.nat.*

de Captura Criminalium C.t.t.12.l.4.M.

Captus ab hoſtibus cum patre & matre, reuerſus, iis ibi mortuis, poteſt ſuccedere & vſucapta quadriennio vindicare.C.2.t.54.l.5.

Capti à piratis vel latronibus, liberi manent. D.49.tit.15.l.19.§.2. teſtari poſſunt.D.28.t.1.l.13.

Ex Digeſtis.

Caput, liberam æſtimationem non recipit. D.9.titu.1.l.3. principale membrum hominis eſt.D.11 t.7.

Capitis diminutio minima. D.4.t.5.l.5.§.2.l.6.7.§.1.l.8.9.10. media.l.7.§.3.maxima 7.§.2.quæ tollat, & an delicta tollat.l. 2.§. 3. vel hereditates legitimas.D.38.t.16.l.11 t.17.l.1.in fin.ſuitatémve.D.37.t.1.l.6.§.1.

Capitis diminutio fit, Amiſsione ciuitatis.D.4.t.5.l.5.in pr. ¶Defectu l.5.§.1. ¶Interdictione aquæ & ignis.l.5.in pr.

Ex Codice.

Capitis Diminutio minima, adgnatum excludit à tutela. C.5.t.30.l.2. ¶Minima, familiam tantùm: media, familiam, & ciuitatem: maxima, familiam, ciuitatem & quod maius eſt, libertatem tollit. C.3.t.33.l.16.§ 2.R. paterna, non nócet filiis, in auiæ ſucceſsione.C.6.t.54.l.10.

Caput noxa ſequitur C.4.t.14.l.4. ¶Sequi debent membra §. 7. *de ſatiſd.*

Capite non minuitur: Seruus §.4.*de capit.diminut.* vel à dignitate remotus §.5.

Capite minuuntur liberi adrogati.D.4.t.5.l.3.in pr.emancipati. l.3.§ 2.

Capite minuti quando cum effectu contrahere poſſunt, vel non. D.4.1.5.l.2.§.2.

de Capite minutis edictum, ad quos pertineat vel non.D.4.t.5.l. 2. §.1.perpetuum & hereditarium eſt.l.2.§ 5.

in Capita ſucceditur poſt fratres, fratrúmque filios, C. 6.t.57.auth.poſt fratres.2.

Carbonianum Edictum, differt ſtatus quæſtionẽ, impuberi motam. C.6.t.17.l.1.P.

Ex Digeſtis.

in Actu,ipſo iure nullo C.2.ti.31.l.3. ¶Actibus ipſo iure nullis C.5.t.71.l.2. ¶Alienatione ipſo iure nulla Co.2.t.30.le.2. ¶in Caſu fortuito Co.2.t.22.le.9. ¶Cauſis,in quibus propter prudentiam,& diligentiam præſumit non læſus, niſi contrarium plenè probarit C.2.t.42.l.1. ¶Circunductione appellationis à curatoribus deſertæ,quia ipſo iure nulla eſt C.7.t.43.l.6. ¶Condemnatione reſtitutionis cauſa,niſi nouam defenſionis cauſam habeat C.2.t.44.l.1.2.3. ¶Contractu ipſo nullo C.2.t.22.le.3.G. ¶Facto defuncti maioris,cuius heres eſt C.6.t.35.l.2. ¶Criminibus C.2.t.35.l.1.2. ¶Delicto per dolum Cod.2.tit.35.l.1.2. ¶Dolo C.2.tit.48.l.1.§.2 Cod.2.t.43.l.2.3. ¶Donatione congruenti propter nuptias C.2.t.30.l.1. ¶Donatione ipſo iure nulla C.5.t.71.l.4. ¶Fallacia Co.2.t.43.l.2.3. ¶Geſtis poſt veniam ætatis impetratam, & iudici intimatam C.2.t.45.l.1. ¶Geſtis à tutore,qui non ſatis dedit: ſunt.n.nulla C.5.t.42.l.3. ¶Geſtis à tutore,qui non cauit rem pupilli ſaluam fore,qui non præiudicat pupillo C.2.t.41.l.4. ¶in Hereditate paterna,quia defuncti mortem non defendit, non.n. propterea illam perdit Co.2.t.42.l.1. ¶Hereditate ſemel à ſe per in integrum reſtitutionem repudiata Cod.6.t.60.l.8.§.6. ¶in Iis quæ ipſo iure nulla ſunt Co.5.t.41.l.3. ¶Læſione,quã iure communi vſus accepit C.2.t.22.l.9. ¶Libertate iam data,licet dolo manumiſſi data ſit C.2.t.31.l.2. vel indebita fuit l.1.l.3. ¶Mutuo accepto iuſſu patris C.2.t.23.l.2. ¶Integra cauſa C.2.t.41.l.2. ¶Iuramento corporaliter & ſine fraude præſtito,de ſua maioritate Cod.2.t.43.l.3.in fin. ¶Mutuo contra Sc.tum Macedonianum,nam tunc contractus ipſo iure nullus eſt C.2.t.23.l.2. ¶Manumiſſione vindicta, licet dolo manumiſſi facta C.2.t.31.l.2. ¶Nullis ipſo iure Co.5.titu.71.le.2. ¶Nuptialibus muneribus dare conſuetis C.2.t.30.l.1. ¶Obligatiõe,quã in ſe recepit curator vel adminiſtrator eius C.2.t.25.l.4. ¶Permutatiõe,ipſo iure nulla C.5.t.71.l.4. ¶Præſcriptionibus: nam ab ipſis hodiè ipſo iure currere non poſſunt,niſi ſint xxx.vel xl.annorum C.2.ti.41.l.5. ¶Quærela inofficioſi per quinquennium omiſſa,minori hoc tempus non currit C.2.ti.41.l.2. ¶Remiſſione reciproca C.2.t.4.l.11.S. ¶Reſtitutione tutoribus,vel curatoribus auctoribus, minori facta C 6.t.60.l.8.§.6.cir.fin. ¶Sacramento corporaliter præſtito C.2.ti 43.l.3. ¶Sententia contra ſe indefenſum lata,quia ipſo iure nulla eſt Co.2.t.27.le.4. ¶Sententia deſertæ à curatore appellationis,quia ipſo iure nulla eſt C.7.t.43.l.6. ¶Sententia quæ ipſo iure nulla eſt C 5.t.42.l.3. ¶Sententia lata,in cauſa reſtitutionis,contra minorem,ideóque appellare debuit C.2.t.44.l.1. ¶Sententia lata,contra tutorem,qui non cauerat rem pupilli ſaluam fore quia pupillo ipſo iure non præiudicat Cod.2.t.41.l.4. ¶Sententia libertatis C.2.t.31.l.1.l.4. ¶Sententia lata,poſt legitimam ætatem C.2.ti.27.l.1. ¶Sententia a principe lata C.2.t.27.l.3.O. ¶Subhaſtatione ſolenniter facta C.4.tit.46.l.3.O. ¶Tranſactione ipſo iure nulla Cod.5.t.71.le.4. ¶Tranſlatione dominij,ipſo iure nulla C.5.t.71.l.4. ¶Venditione ſine decreto facta,quia nulla eſt C.5.t.71.l.11. ¶Venditione decreto iudicis facta C.4.t.44.l.5.O. ¶in Venditione ipſo iure nulla C.5.t.71.l.4.C.5.t.71.l.2. ¶in Venditione à patre maiore facto ratificata C.5.t.74.l.1. ¶Venditione pignoris in hereditate ſibi relicti Co.2.t.29.l.2. ¶Venditione pignoris,niſi ſit enormis læſio C.2.t.29.l.1. ¶Venditione prædij, quod iure pignoris vel in cauſa iudicati captum, ſi neceſſaria fuerit: niſi valde deceptus ſit C.5.t.71.l.1. ¶Venditione ſolenni,firmata à minore iuramento de non contrauenìendo C.2.t.28.l.1. ¶Venditione à tutoribus, vel curatoribus celebrata, ſine decreto,quia ipſo iure nulla eſt C.5.t.71.le.2 3. ¶Vna eadémque cauſa,ſæpius C.2.ti.44.l.3. A QVIBVS? ¶Arbitris C.2.t.47.l.3. ¶Iudicibus Chartulariis vel delegatis C.2.t.47.le.3. ¶Præſide prouinciarum,in ſententia à vice principe lata C.2.t.27.l.3. ¶à Prætore,in ſententia lata à vicario principis C.2.t.27.l.3. ADVERSVS QVOS? ¶Parentes vel patronos C.2.t.42.l.2. QVANDO? ¶poſt Legitimam ætatem C.2.tit.27.l.1. ¶Poſt tempus legitimum impletum Co.1.t.27.le.1. ¶Reſtitutionis tempori elapſo C.2.t.22.l.4.7. ¶Poſt tempora præfinita C.2.t.22.l.3.

Minor reſtituitur quandoque in rem D.4.t.4.l.13.§.1.l.14.

Ex Digeſtis.

Minor: Ætas inſpicitur de momento ad momentum Di.4.t.4.l.3.§.3. ¶Cauſa maiori non debet præiudicare

care Dig.5.t.1.l.54. ¶Falſò ſe maiorem probans, quomodo in debito accepto reſtituatur vel non Dig.4.t.4.l.32.43. ¶Lanx, intelligitur media D.34.t.2.l.31. ¶Seruus, v. ſeruus.ī. ¶Sũma maiori ineſt D.2.t.14.l.27.§.5. Di.4.t.8.l.29.§.3. Di.28.t.1.l.9.§.3. ¶Vigintiquinque annis, non poteſt idoneus defenſor eſſe Di.3.t.3.l.5. aut iudex D.4.t.8.l.41.

Ex Codice.

Minor, Abſentis inconſultè bonis paternis, à curatore, eum conuenire poteſt C.5.t.51.l.4. ¶Ætas, impedit præſcriptionem C.5.t.73.l.1 in fin. l.4. ¶Ætas, impleta dicitur 25. anno C.5.t.74.l.3. in pr. ¶Ætas, quid vtile ſit, neſcit C.5.t.27.l.11. ¶Ætatis veniam impetrans, vſque ad xxv. annum reſtituitur C.2.t.53.l.5. in pr. ¶Ætatis veniam implorans, quæ probare debeat: & quemadmodum C.2.t.45.l.2. ¶Alienans obreptitio decreto interpoſito, ſibi non præiudicat C.7.t.71.l.5. ¶Annis xxv. maior tamẽ xxviii. mutuum accipere poteſt, in redemptionem captiui patris C.1.t.3. auth. ſi captiui. ¶Artem ludicram exercens, non infamatur C.2.t.12.l.21. ¶Condemnatus in cauſa reſtitutionis, eadem iterare non poteſt: niſi nouam cauſam defenſionis habeat: ideóque conſultius eſt appellare C.2.t.44.l.1.2.3. ¶Confirmans venditionem tutoris inualidam, poteſt precium iuſtè petere ab ipſo Cod.5.titu.51.l.6. ¶Confeſſus delictum, pro maiore habetur, & ſine curatore accuſari poteſt Cod.5.t.59.l.4. E. iure Gallico. ¶Curatorem habens, comparatur cum eo, cui à prætore curatore dato bonis interdictum eſt C.2.t.22.l.3. ¶Deceptus in aditione, vel immixtione hereditatis, tutore vel curatore auctorante, tempore reſtitutionis elapſo, iuuatur aduerſus tutores, vel curatores Co.2.t.25.l.1. ¶Deceptus in iudicio vel præſente tutore vel curatore, reſtituitur C.2.t.25.l.2. ¶Decurio nominatus, ipſo iure ab appellatione tutus eſt C.7.t.64.l.8. ¶Defenſus legitimè reſtituitur, ſi læſus ſit C.2.t.27.l.4. ¶Delicti capax, non habet impunitatem Cod.9.t.47.l.7. ¶Delinquens, pro maiore habetur C.5.t.59.l.4.E. ¶Deſtitutus iuſta defenſione, & auxilio curatoris, condemnari non poteſt C.7.t.45.l.6. ¶Diligens & prudens, in actibus publicis ſi probatur, non præſumitur læſus: ideóque non reſtituitur, niſi contrarium probarit Co.2.t.42.l.1. ¶In Diuiſione reſtitutus, tenetur aduerſario veteri actione C.2.t.32.l.1. ¶Eligens vnam ex actionibus ſibi competentibus, ſibi non præiudicat in eligendo C.2.t.25.l.5. ¶Errans in iure, reſtituitur C.2.t.33.l.2. ¶Fideiubens vel pro patre vel pro extraneo, reſtituitur C.2.t.23.l.1. ¶Heres, deſinere poteſt heres eſſe C.6.t.31.l.4.O. ¶Heres, voluntatem defuncti præſtare debet, etiam ſine decreto C.5.t.72.l.1. ¶Heres minoris, non remouetur præſcriptione, ante legitimum tempus ſilentij completum C.5.t.74.l.3. in fin. ¶Heres minoris vel maioris defuncti, quinquennium habet, pro opponenda exceptione dotis cautæ & non numeratæ C.2.t.53. auth. ſi minor. ¶Indefenſus, condemnari non debet C.2.t.27.l.4. ¶Indefenſus redintegrare poteſt ſententiam, ipſo iure nullam Co.7.t.43.l.6. ¶Indefenſus reſtituitur aduerſus ſubhaſtationem Cod.4.t.36.l.3.P. ſententia lædi non poteſt, quia talis ſententia ipſo iure nulla Cod.2.tit.27.l.4. ¶Inuitus agere non cogitur, vt rationem reddi petat C.5.t.56.l.4. ¶Inuitus, curatorem accipere tenetur ad lites C.5.t.31.l.1. ¶Iurans de non contraueniendo contractui, non iuuatur Cod.4.t.29. auth. ſi qua O. ¶Iurans ſiue vi aut metu, de non contraueniendo contractui, non reſtituitur Cod.2.ti.28.l.1 & auth. ſequent. ¶Iure communi vſus, non videtur circunſcriptus, ideóque non reſtituitur Co.2.t.22.l.9. ¶Læſus reſtituitur C.2.t.22.l.3.G.v.ſ. Minor Reſtituitur. ¶Læſus reſtituitur ab eo, qui læſit Co.5.t.75.l.6. ¶non Læſus, non reſtituitur Co.2.t.4.l.11. ¶Locupletior factus ex alienatione curatoris, ea reſciſſa, tenetur in id quòd locupletior factus eſt C.5.t.71.l.10. ¶non Locupletior factus, ex mutuo ſolutionem denegare poteſt C.2.t.38.l.1.M. ¶Maiorem ſe adſerens per errorem, reſtituitur minore ætate probata C.2.t.43.l.1. ſecus ſi dolo probarit l.2. ¶Miles poſtea factus, poſt miſſionem reſtitutionem in integrum poſtulare poteſt C.2.t.53.l.1. ¶Mortem patris non vlciſcens, hereditate paterna non priuatur Cod.2.t.41.l.1. ¶Obligatus fiſco vel ex priuatis contractibus, vendere poteſt immobilia, cum decreto Cod.5.tit.71.le.18. ¶Poſſidens maioris hereditatem, tantum habet tempus reſtitutionis, quantum defunctus à tempore legitimæ ætatis, Cod.2.titul.53.leg.5.§.2. ¶Prouocatus ad diuiſionem à maiore, diuidere poteſt ſine decreto Cod.5.titulo 71.leg.17. ¶Ratum habens omnia in minore ætate ſine dolo geſta, excluditur à reſtitutione Cod.2.titul.46.leg.1. ¶Repudians hereditatem paternam, poteſt per reſtitutionem in integrum aut ſucceſſionem petere Cod.2.titul.39.leg.2. ¶Reſtitutus nec in damno, nec in lucro morari debet Cod.2.titul.48.leg.1. in princip. tenetur aduerſario priſtina actione Cod.2.titulo.32.leg.1. ¶Sciens amplius in rem ſuam eſſe erogatum, licet putauerit ſe propterea non eſſe conueniendum, tamen conueniri poteſt C.5.titul.58.l.3. in fin. ¶Soluens onera & tributa, ex pretio fundi ſine decreto venditi, non recuperat prædium, niſi precium reſtituat C.5.t.71.l.16. ¶Sponſalia contrahens arrhas quas accepit tantùm reſtituit, ſi renunciet C.5.t.1.l.5. ¶Succedens maiori, quadriennium habet ab adita hereditate: ſi minori non ex defuncti, ſed ex ſua perſona reſtituitur C.2.t.53.l.5.§.2 C. ¶Succedens militi, tota ſua minoritate tempus reſtitutionis non currit C.2.t.53.l.2. ¶Succedens minori, in exceptione dotis cautæ & non numeratæ, vnum annum habet ad reſtitutionem, licet plures minori ſupererant Co.2.t.53. auth. ſi minor. ſuccedens minori, cùm xxv. annum tranſierit, non prohibetur intra vtile tempus reſtitutionem petere Co.2.t.53.le.5.§.1. idem cum maiori ſucceſſit §.2. ¶In Tranſactione reſtitutus, tenetur aduerſario veteri actione C.2.t.32.l.1. ¶Tutelæ iudicio ſolidum ab vno conſecutus, ei actiones aduerſus alios cedere debet Cod.5.tit.52.l.2. ¶Tutelam gerens, an obligetur tutelæ C.5.ti.30.l.5.I. ¶Viginti quinque annis, v. Minor. ¶Vindicans ſua prædia nõ iure vendita, tenetur reſtituere precium, quatenus in rem eius verſum eſt C.5.t.71.l.10.

Minora nobis quod expaneſcit, hoc nobis maior dominus minatur C.3.t.1.l.14.P.

Minor Portio non adoptatur maiori vt æqualitas fiat, ſed contrà C.5.t.24.l.10.

Ex Digeſtis.

Minoris Defenſor in iudicio, ſi cauſa cadat non reſtituitur D.4.t.4.l.46. ¶Differentia, in reſtitutione cum maiore reipublicæ cauſa abſente Dig.4.t.1.l.8. ¶Prædia, quemadmodum vendi poſſint D.1.t.21.l.1. ¶Reſtitutio, eius fideiuſſori quandoque prodeſt D.4.t.4.l.3.4.

Ex Codice.

Minoris Pecunia emptum eius eſt Co.3.t.32.l.8.Y. licet alterius nomine emptum ſit C.4.t.50.l.8 O.

Minori non currit vſucapiendi tempus C.5.t.3.l.17.H. ¶Solui tutiò non poteſt, niſi auctoritate iudicis C.5.t.37.l.5.

Minori exuli, v.ſ. exuli.

Minore: Reſtituto, actio in priſtinum debitorem in eo ſtatu in quo erat tempore nouationis reſtituitur D.4.t.4.l.5.Q. ¶Reſtituto ad rem, an aduerſarius reſtituatur ad pecuniam D.46.t.3.l.94.§.2.

Minore Non defenſo, mittitur in poſſeſſionem bonorum eius C.2.t.13.l.3.

Minore Reſtituto, eius fideiuſſores reſtituuntur C.2.t.24.l.1.

de *Minore* filiof. C.2.t.23.

Ex Digeſtis.

Minores: Reguntur auxilio curatorum ad XXV. annum D.4.t.4.l.1.§.3. niſi hoc tempus principis, & magiſtratus decreto minuatur l.3. in pr. ¶Reſtituuntur, & maiores appellant D.4.t.4.l.42. in quibus cauſis & quemadmodum D.4.t.4.l.44. cætera vide ſ. Minor reſtituitur & ĩ. Reſtitutio.

Minores Errantes, corrigi poſſunt a propinquis, ſenioribus, niſi atrocitas facti vltionem publicam requirat C.9.t.15.l.1. ¶Legitima defenſi reſtituuntur in integrum, contra rempub. cauſa cognita D.4.t.1.l.8.

Minorum Bona in ſubhaſtatione diſtrahi debent D.4.t.4.l.7.§.8.H. ¶Prædia, vide ſ. Minoris. ¶Priuilegium Velleiano potentius eſt D.4.t.4.l.12.E. ¶Succeſſores reſtituuntur l.17.§.5. l.18. & in quibus hoc procedat l.3.§.9. ¶Calor, vi. Calor Iuuenilis. ¶Imperitia, v. Imperitia iuuenilis Co.5.t.59.l.4. ¶Patrimonia, v. patrimonia. ¶Prædia alienari poſſunt vel non, v. alienari ¶Vitia, vid. vitia. ¶Vtilitati aduerſa, fieri non debent C.5.t.37 l.22. in pr.

Minorum & maiorũ collatio in reſtitutionibus C.2.t.53.l.7.§.1.

Minoribus permiſſum eſt ius ignorare D.22.t.6.l.9. ¶Succurrit prætor non maioribus D.4.t.4.l.3.

de *Minoribus* edictum D.4.tit.4.l.1.§.1.A. edicti commendatio & ratio l.1. in pr. effectus l.24 §.5.v.ſ. Minore.

Minus Cedit maiori D.34.t.2.l.19.§.13. ¶Debetur in dubio D.30.t.1.l.39.§.6. & aſſumitur D.32.t.1.l.29.§.2.

Minus petens in iudicio, quemadmodum iuuetur §.34. *de Action.*

Miſcella Lex vnde dicta. Codice 6. titulo 40. lege 3 F.

Miſerabiles perſonæ, v. perſonæ.

Miſericordia Dei ignoſcit cottidianis hominum peccatis Co.5.t.4.l.23. in pr. non perditionem, ſed conuerſionem vult N.77. in pr.

Miſericordia intempeſtiua in re aliena, dolus præſumptus eſt D.26.t.3.l.7. in pr.

Miſericordia Facit vt quid permittatur,quod aliâs non permitteretur C.5.t.27.l.7.cir.med.

Miſericordiæ cauſa data,interdum repetuntur C.5.t.4.l.16.N.

Miſericordiæ cauſa datum,non niſi miſericorditer poteſt eripi D.42.t.3.l.6.K.

Miſericordiæ cauſa partum exponens,eum necare videtur Dig.25.t.3.l.4.

in *Miſſa* quid fiebat olim N.7.c.11.I.

Miſſilia à conſulibus iactabantur N.105.c.2.§.1.B.M.

Miſſilia occupantis fiunt §.46.*de rer.*

Ex Digeſtis.

Miſſio in poſſeſſionem damni infecti nomine ex primo decreto, fit cautione non præſtita intra diem præſtitutũ li.39.t.2.l.4.§.1.l.9.§.5.l.10.l.15.§ 11.12.13.15.l.18 §.12.l.38.§.1.l.45. ab omnibus,ſi plures res l.5.§.1. & omnibus,ſi plures ſunt actores leg.5.§.1.l.15.§.15.17.18.leg.40.§.1. domino etiam l.5.§ 2. vel fructuario leg.5.§.2.

Miſſio in poſſeſſionem damni infecti nomine ex ſecundo decreto fit.cautione omnino non præſtita lib.39.ti.2.l.4.§.4.l.9.§.5.l.15.§.21.le.40.§.4. denunciatione legitima præmiſſa l.4.§.5 6. ædibus pro derelicto habitis le.15 §.21.cauſa cognita leg.15 § 21.22. poſt certum tempus l.15.§.36. ¶Et generaliter quibus modis fiat lib.39.t.2.l.15.§.16.

Ex Codice.

Miſſio Creditoris vnius in poſſeſsionem,quatenus proſit aliis,vi. creditor vnus. ¶Debiti ſeruandi cauſa. fit in vniuerſa bona, pro modo tamen debiti Cod.8.t.18.l.2.H. ¶Dotis ſeruandæ cauſa,fit in vniuerſa bona,pro modo tamen dotis C.8.t.18.l.2.H. ¶Fideicommiſſi ſeruandi cauſa,fit in vniuerſa bona,pro modo legati Co.8.t.18.l.2.H. ¶Iudicati ſeruandi cauſa, fit in vniuerſa bona,pro debiti C.8.ti.18.l.2.H. ¶in Poſſeſſionem. vim habet cautionis lib.37.t.10.l 6.§.3.F. ¶in Poſſeſſionem, debitoris fit,pro rata debiti Co.1.t.12.l.6.§.4.O. ¶in Poſſeſſionem legatorum nomine,eſt iuris prætorij C.6.t.53.l.3. ¶in Poſſeſſionem,eſt pignus prætorium C.8.t.18.l.3.L. ¶Prætorij pignoris ,quemadmodum in actionibus debitorum procedat Co.8.ti.22 ¶ex Primo decreto , non fit ſine cauſæ cognitione C.2.t.13.l.3.K.vide Decretum.

Miſſionis in poſſeſſionem ex ſecundo decreto prætoris quis ſit effectus lib.39.t.2.l.5.in pr.S.A.B.C.D.l.7.§.2.l.8 9.in pr.le.15.§.16. 20.21.23.24.25.

Miſſionis in poſſeſſionem legatorum & fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa effectus lib.36.t.4.l.5.in pr. ¶Finis l.5.§.17.24.l.6.§.1. ¶Forma l.5.§.27. ¶Ratio l 1.§.1.

Miſſionis in Rem,tenebroſiſſimus error abrogatus Cod.6.ti.43 l.3.§.2.

de *Miſſione* in rem tollenda C.6.t.43.

Ex Digeſtis.

Miſſus ignominia neque in vrbe, neque vbi Imperator eſt,morari poteſt D.3 t.2.l.2.§.2.4.

Miſſus in poſſeſſionem damni infecti nomine præfertur creditori,qui pignori rem accepit li.39.t.2.l.12.15.§.16.31.l.44.§.1. ¶Si relinquit de neceſſitate & non animo deſerendi,beneficium prætoris retinet lib.39.t.2. ¶Denique ad quid teneatur lib.39.t.2.l.15.§.30.& quid iuris habeat l.15.§.34.

Miſſus in poſſeſſionem legatorum vel debiti nomine , quibus præferatur lib.36.ti.4.l.5.§.1. ¶Deminuere poteſt poſſeſſionem veſcendi cauſa leg.14. ¶Tenetur colligere & cuſtodire fructus l.5.§.2.non tenetur diſcedere à poſſeſſione lite conteſtata,niſi iudicatum ſolui cautum ſit l.5.§.26.

Ex Codice.

Miſſus ad Exhibendum rem , nullam nundinandi copiam habet C.9.t.3.l.2. ¶in Poſſeſſionem legati nomine,proprietatem non poteſt adquirere,propria auctoritate,ſed iudicis Co.6.tit.53.l.5. ¶Poſſeſſionem ex primo decreto, dominium non adquirit C.7.t.72.l.8. ¶in Poſſeſſionem,iurare poteſt de expenſis Codi.7.titu.72.leg.10.in pr.C. ¶in Poſſeſſionem vendere poteſt, poſt iuſtum terminum elapſum, & ſi quid vltra debitum ſit conſequutus,hoc in æde ſacra deponitur Co.7.t.72.l.10.§.1.

Mittere in poſſeſ.poteſt QVIS? ¶Iudex competens Co.7.t.72.l.5.QVOS? ¶Actorem,contra contumacem etiam eo non audito C.7.t.72.aut.ei qui. ¶Creditores,ſi bona vacantia à fiſco non agnoſcuntur Co.7.t.72.l.5. ¶Hypothecarium, ante chirographarium Co.7.t.72.l.6 ¶Vnum ex creditoribus,quæ miſſio quatenus & præſentibus & abſentibus prodeſt,v. Creditor vnus.ADVERSVS QVOS? contumacem C.7.t.43.l.8.pro portione debiti C.7.t.72.auth.& qui. ¶Minorem non defenſum C.2.t.13.l.3. ¶Negotiorum geſtorem latitantem ad circunſcriptionem domini , nec defenſum C.7.t.72.l.9. CVIVS? ¶Communis debitoris ſine ſucceſſore mortui,vel etiam eius heredis Cod.7.t.72.l.6. ¶Bonorum vacantium,quæ à fiſco appræhenſæ non ſunt Cod.7.t.72.le.5. QVANDO? ¶Mortuo debitore ſine herede exiſtente , nec fiſco bona vẽdicante C.7.t.72.l.5.CONTRA NON LICET.QVOS? ¶Actores,iure galliro C.7.ti.72.T. IN QVIBVS CAVSIS? ¶Beneficialibus cauſis.apud Gallos C.7.t.72.T.

Miſſi legatorum & fideicommiſſorum cauſa prſſunt lib.36.t.4.l.5.§.5.QVI? ¶Actores municipum l.12. ¶Legatarius minimæ rei l.13. ¶Legatarij omnes,qui deſiderant lib.36.t.4.l.5.§.2.3.l 14. ¶Legatarij,quibus ſub contrariis conditionibus legatum eſt l.9.§.1. ¶Venter l.7. IN QVAM REM? ¶Partẽ bonorum illius,qui non cauet l.3.§.11. ¶In Poſſeſſionem heredis leg 5.§.23.26.17.18.19.22.l.10. impuberis l.5 §.12. ſubſtituti pupillariter l.5.§.12.ſucceſſoris cuiuſuis l.5.§.13.25.heredis ſecundi l.5.§.14.15.legatarij, à quo fideicommiſſum eſt l.5.§.28.29.30. fideicommiſſarij l.8.heredis condemnati le.9.in pr. legati ſibi relicti le.11.in pr.¶In poſſeſſionem municipũ, qui heredes inſtituti ſunt l.12. CONTRA NON POTEST MITTI in poſſeſſionem rerum hereditariarum alienatarum, nulla fraude l 15.

Miſſi in poſſeſſionem bonorum ſeruandorum poſſunt creditores lib.36.t.4.l.5.§ 2.4.l.11.§.1.

Mixta ſeparari nequeunt Digeſtor. 43.titulo 20. lege 1.§.18.T.

Mixta conditio,ſi per caſum deficit relictum D.35.t 1.l.31.

Mixtio materiarum communionem non facit,ſi ſeparari poſſunt D.41 t.1.l.12.§.1.

Mobilis rei poſſeſſio furandi cauſa contrectata etiam ab ignorante,perditur D.41.t.2.l.47.

pro *Mobili* re cautio iuratoria interponitur.ſi perſona ſit idonea: aliàs fideiuſſor requiritur C.6.t.40.auth.cut.

Mobilia Diſtrahenda ſunt ante immobilia C 6.t.60.l.8.§ 4.in pr. ¶Donari poſſunt & quemadmodum C.8.t 54.l.25 H. ¶Primùm diſtrahenda ſunt,propter debitum, quæ ſi non ſufficiãt ad immobilia accedendum Co.6.t.60.l.8 §.4.in pr.G. ¶Rapi poſſunt C 9.t.33.l.1.2. ¶Vſucapiuntur triennio C 7.t.31.l.1.cir.med. ¶Vſucapiuntur,non præſcribuntur C.7.t 34.l.2.

Mobilia condemnati,ſequeſtrantur pendente appellatione . contra iniquum executorem Co.7.t.65.l.5. ¶Damnoſa aduentitiorum,alienari poſſunt à patre.ſine periculo C.6.t 60.l.8.§.5.A. ¶Eccleſiæ,quatenus alienari poſſunt N.120.ca.10.G ¶Onerosa aduentitiorum bonorum,alienari poſſunt à patre.ſine periculo Co.6.t.60.l.8 §.5.A. ¶Precioſa pupillorum,olim in nummos conuerti poterant,hodie non C.5.t 37.l.22.

Mobilium rerum poſſeſſio,quemadmodum amittatur D.41.t.2.l.47.& earum recuperandarum quod ſit remedium D.41.t.1.l.15.P.

de Moderatore Arabiæ N. 102. ¶& Helenoponti N.28.

Moderator & arbiter quiſque eſt ſuæ rei C.1.t.9.l.9.D.C.4.t.35.l.21.C.4.t.38.l.14.Cod.5.t.16.l.24.Y. non tamen abuti poteſt *Inſt*.t.t.8.§.2.

quod *Moderatum* eſt,honeſtæ perſonæ præſtandũ eſt C.5.t.37.l.9.

Modeſtia quam leges commendat ſeruanda C.t.1.3.l.26.

Modeſtinus Vlpiani diſcipulus Digeſtor.47.titu.2.§.20.l. ¶Iuriſconſultus non contemnendæ auctoritatis C.3.t.42.l.5.

Modica impenſa non curatur in actione de dote D.25.ti.1.l.12.

Modicæ ſolennitatis omiſſio non vitiat D.25.t.4.l.1.§.fi.

Modicarum rerum apud maiores fuit quæſtio C.3.t.39.l.5.

Modica quædam præſtantur ratione rei D.7.t.1.l.7.§.2.l.27.§.D.13.t.6.l.18.§.2.

Modici temporis caritas non inſpicitur D.35.t.2 l.63.§.fi.

Modici qui eſt patrimonij,tutelam adſectaſſe intelligitur Di.27 t.1.l.15.§.15.

Ex Digeſtis.

Modulos ſumere debet nunciator , vt probare poſſit quid poſtea ædificatum eſt 39.t.1.l.8.§.5.

Modus Adiectus contractui, contractum non ſuſpendit & quis modum cogatur implere D.18 t.1.l.41.in pr.& econtra non adiectus fundo vendito , ſumitur ſecundũ quantitatem pretij D.21.t.2.l.69.§.6. ¶Inſertus fauore ſolius accipientis,non reddit actum modalem,ſed liberum D.24.t.1.l.13.§ 2.S.

Modus vbique ſeruandus eſt D.7.t.1.l.15.§.3.ſi honeſtus ſit D.39.t.2.l.40.

Ex Codice.

Modus Deficiens ſi non ſtat per implere debentem,non vitiat legatum C.9.t.45.l.1. ¶Donationis impleri debet,aliâs donatio reuocatur Co.8.t.55.l.1. ¶Incertus,concludi debet certo fine C 6.ti.25.l.6.in pr. ¶Legitimæ liberorum adiectus,pro nullo eſt C.3.t.28.l.32. ¶Patrimonij , inſpicitur in rei veritate, non

taxatione

taxatione teſtatoris Co.3.t.51.l.1. ¶Pollicitus,ſi non adiiciatur non vitiat teſtamentum Co.6.t.25.l.8. ¶Sententiæ latæ.ſeruandus eſt,ſi non appellatum eſt C.7.t.45.l.5.K. ¶Viitatus, ſeruandus eſt in ædificiis C.8.t.10.l.1.

Modus pro Conditione ſeruatur,in vltimis voluntatibus Co.6.t.45.l.1.

vltra *Modum* relicta reuocantur C.5.t.27.l.2.D.

de *Modo* C.3.1.39.l.5.M.

de his quæ ſub *Modo* legata vel fideicommiſſa relinquuntur C.6.t.45.

ex *Modo* olim non naſcebatur actio C.6.t.45..l.2.R.

Mœnia Ædificare & refici debent, ſumptibus omnium C.8.t.12.l.7. ¶Ædificari debent ex collatione incolarum.& ordinum vrbis C.8.t.12.l.12. ¶Refici debent ex collatione incolarum & ordinum vrbis C.8.t.12.l.12. ¶Reparari debent,ex reditibus fundorum reip.C.8.t.12 l.11.

Mœnia Noua per priuatorum terras fabricata,eorum vſui deſeruire debent C.8.t.12.l.18.

Mœnianum Priuatum diſtare debet ab alio priuato 10.pedes C.8.t.10.l.11. ¶Publicum diare debet à priuato 15.pedes C.8.t.10.l.11.

Mœniani cauſa ſufficit,ad retinendam ſeruitutis poſſeſſionem li.8.t.2.l.20.K.

Mœniana Ædificare,quando,& quibus locis prohibitum vel permiſſum fuit C.8.t.10.l.11.H.

Molendini aquam,an præoccupare liceat, vt inferioribus noceat C.3.t.34.l.7.V.

Molendini ius quemadmodum retineatur D.8.t.2.l.20.

Moles grauiſſima,& dura ad mediocritatem ducenda Co.4.t.32.l.26.§.1.

Mollis animus in iudice eſſe non debet Cod.4.ti.31.l.14.§.1.

de Molza domini,inter ſe donationem mortis cauſa pacti ſunt C.2.t.3.l.19.I.

Momentum Moriendi, vitæ potius quàm morti attribuitur D.37.l.11.C. ¶Morientis, vitæ potius quàm morti tribuitur C.6.t.20.l.6.M.

Momento ædificium fieri non poteſt C.8.t.38.l.15.in pr.Y.

Momenta ſingula non requiruntur ad poſſeſſionem vel habitationem continuam D.35.t.1.l.8.R. vt in ætate minore vide s. Minor.

per *Momenta* ſingula non oportet onerari, eum, à quo ſatis petitur D.36.t.4.l.3.in fin.

ſi de *Momentanea* poſſeſſione fuerit appellatum C.7.t.69.

Momentarius Vſusfructus vix eſt vſusfructus C.6.t.60.l.8.§.6.I.

Monacha fieri poteſt Spōſa,etiam arrha accepta,quam ſolam non duplum eius reſtituit C.1.t.3.l.56.in pr.

Monachus Diuagans.priuilegium monachatus amittit C.1.ti.3.l.52 §.1. ¶Detinens res alicuius,conueniri non poteſt vindicatione,ſed abbas C.3.1.32.l.20.Bald. ¶Ingreſſus monaſterium, omnes res ſuas ei offert Co.1.ti.3.auth.Nunc autem. ¶ſine Monaſterio,caret vita,vt piſcis ſine aqua C.1.t.3.l.52.§.1.Q ¶Tutor vel curator etiam volens,eſſe non poteſt C.1.t.3.aut.presbyteros 2.§.1. ¶Vagans in vrbibus,monachus non eſt C.1.t.3.l.52.§.1.Q.

Monachus Adſignare non poteſt dotem vxori C.1.t.2.in Auth.ſi qua K. ¶Crucem vel reliquias ſanctas loco publico vel vbi ſpectacula fiunt, imponere non debet Co.8.t.12.l.3. ¶Non eſt Clericus C.1.1.3.l.52.in pr.M. ¶Teſtari poteſt inter liberos,& teſtis eſſe poteſt,& teſtamenti executor Co.1.t.2.in aut.ſi qua L.M.

Ex Nouellis.

Monachus:de Adquiſitis teſtari poteſt L.5.ſecus quàm iure veteri ibid.A.

Monachus deſertor quemadmodum excipiendus L.8.F. ¶Peritus ſacrarum ſcripturarum eſſe debet N.5.in prin.C. ¶Qui monaſterium deſerit,de clero eſt expellendus N.5.c.4. ¶Trāſiens de vno in aliud monaſterium, quemadmodum puniatur N.5.c.7.

Ex Codice.

Monachus & Seruus conferuntur quoad iura C 6.t.58.l.4.Bald.

Monachi inteſtati bona,cui deferantur Cod 1.ti.3.auth. nunc autem.

Monachi opus duplex, Diuinis vacare ſcriptutis, aut opera manuaria meditare C.1 t.3.l.52.§.1.Q.

de *Monacho* monaſterium deſerente N.123.c.42.

Monacho litigare indecorum N.79.c.2.C.

Monachi Monaſterium relinquentes,amittunt mobilia illata,nō autem immobilia Co.1.t.3.l.39.in pr. ¶Peregrinantes,literas teſtimoniales habere debent C.1.t.3.l.22.§.2.

Monachi exire in vrbem non debent,exceptis apocriſariis C.1.t.3.l.29. ¶cum Monaſtriis conuerſari non debent C. 1.t.3.l.44.in pr. ¶Succedunt parentibus ab inteſtato, ſiue ſoli ſint,ſiue cum aliis C.1.t.3.l.56.in fin.ſecus in Gallia ibid.†.

Ex Nouellis.

Monachi An poſſint exheredari N.123.cap.41. A. ¶Apud quos cauſam dicere debeant N.78.c.1.G. ¶Debēt communiter habitare & dormire N.5.c.3. ¶Fieri poſſunt ab infantia iure codicis L.6.C.nouella leonis decēnes d.L 6. ¶In vno conclaui habitare debent N.123.c.30. ¶Non ſtatim veſtiendi N.123.c.35. ¶Per procuratorem ſe defendere debent N.123.ca.27. quemadmodum tonderi N.5.c.2.I.& viuere debeant N 133. ¶Vxorem ducere aut concubinam habere non debent N.5.c.8. ¶Schemates laici & ſcenici vti non licet N.123.c.44.

Monachorum Delicta ab epiſcopis vindicanda C.1.t.4.l.6.C. ¶Habitus diuerſus à laicis N.123.c.35.K. ¶Opera,duplicia N.133.c.6.C.N.79.c.2.D.

de *Monachorum* expulſione C.I.Theoph.2.

de *Monachis* C.1.t.3. N.123.

Monachalis vitæ laus N.5.in pr.N.133.in præf.A.

Monachatus quid efficiat,C.1.t.3.aut.verum.

Monachiſmus morti comparatur C.1.t.3.l.53.§.3.l.56.in pr.I.

Monachiſmi profeſſio, morti magis, quàm diuortio comparatur C.1.t.3 l.53.§.3.iuſta diuortij cauſa eſt N.22.c.5.D.

Monachiſmi profeſſione.libertas adquiritur N.5.c.2.§.1.M.

Monachiſmum Ingreſſuri,per triennium probandi N.123.c.35.L. ¶Profitentes,quando veſtiendi & quemadmodum N.5.c.2.

Monachiſmo an fiat capitis diminutio N.5.c.2.L.

Ex Codice.

Monaſterium Liberorum loco eſt rogato reſtituere,ſi ſine liberis deceſſerit : ſi in monaſterium ingreſſus eſt C.6.t.48.auth.niſi. ¶Liberis monachi fauorabilius eſt C..t.2.in auth.ſi qua N. ¶Non tenetur ad inuentarij confectionem monachi inteſtato cum liberis mortui C.1.t.2.in auth.ſi qua O.

Monaſterium ingreſſus,quatenus rei dominium retinet Co.1.t.2.l.13.cum Auth.ſequent.

Ex Nouellis.

Monaſterium conſtituere volens, quid obſeruare debeat N.5.cap.1.

Monaſterium de nouo non eſt conſtituendum C.I.Niceph. Phocæ.5.

Monaſterium dimittens quo iure vtatur N.5.c.6.

Monaſterium ingredi volentes,quemadmodum de bonis ſtatuere poſſint N.5.c.5.

de *Monaſterium* ingredientibus & ipſorum ſubſtāntiis N.76.

de *Monaſterium* imperfectum relinquentibus L.14.

Ex Codice.

Monaſteria Duplicia prohibita,Cod.1.t.3.l.44.in pr.& ſeparanda intra certum tempus §.4.eorúmque diuidendi ratio C.1.t.3.l.44.in pr.& tempus §.4.

Monaſteria degunt ſub epiſcopis territoriorum ſuorum C.1.ti.3.l.40.in pr.

Monaſteria ingreſſi ſe ſuáque Deo dedicant Cod.1.ti. 2.Auth.Ingreſſi.

Ex Nouellis.

Monaſteria Alienari non debent N.7.c.11.

Monaſteria Duplicia,i.fœminarum & maſculorum eſſe non debent N.123.c.36.S.

Monaſteria Habuerunt ſuas bibliothecas,N.133.c.2. C.

Monaſteria ingredientes ſe ſuáque monaſterio dedicare debent N.123.c.38.

de *Monaſterij* ingreſſu viri vel vxoris N.123.l.40.

Monaſteriorum,Immobilia,à fiſco intacta eſſe debent C.I. Manuel comm.9. ¶Prædia non deſcribenda C.I. Alex.Comm. Secundi.

Monaſtriæ: Eligebant ſibi vnum diaconum vel presbyterum quo vtebantur ad ſacra N.123.ca.36.B. & ob quoduis delictum ex ſuis monaſteriis non trahuntur N.134.c.9.G.

Monaſtica vita,arctior eſt,quàm ſacerdotium ſimplex C.1.ti.2.in Auth.ſi qua.

Monendi ſunt hi,quorum intereſt C.8.t.26.l.6.C.

Moneta Cudi falſem poteſt,in monetis Imperatoriis C.9.t.24.l.2.

Moneta falſa,Maieſtatis crimen eſt C.9.t.24.l.2.L. & ſi reperiatur apud aliquem,quid præſumatur C.6.t.2.l.2.M.

ſi *Moneta* prohibeatur publico edicto,an ſolutio eiuſdem paulò antè facta liberet C.4.t.48.l.2.D.

Moneta falſæ accuſari poteſt quiuis, & reus ad iudicem trahi debet Cod.9.t.24.l.1. QVEM? ¶Militem Co.9.t.24.l.1.in p. ¶Promotum in gradum.Co.9.ti.24.l.1.in pr. QVEMADMODVM? ¶Præmio propoſito C.9.t.24.l.2.M.

Moneta Augmentum vel decrementum quid operetur in ſolutione redituum C.4.t.44.l.8.H.

Monetam Falſam detegens,quæ in ſua domo, vel agro,ſe ignorãte facta eſt.fit immunis.C.9.t.24.l.1.cir.med.

de *Moneta* Abraſa C.9.t.24.P. ¶Adulterina C.9.t.24.P. ¶Deminuta C.9.t.24.P. ¶Falſa C.9.t.24.

de *Monetarum* prohibitarum expenſoribus C.9.t.24.P.

Ex Digeſtis.

Monetæ:Nouæ ſolidos aliquot annis accipiens,aliter quàm conuentum eſt,an veteres poteſt exigere.D.7.t.4.l.20.F. ¶Falſæ crimen,finitur pœnitentia,ſi quis eam tantũ formare voluerit.D.8.t.10.l.19.in pr.

Ex Codice.

Monetarius falſus appellari non poteſt, ſecus de Iure Gallico C.9.t.24.l.1.in pr.†. ¶Inquirendus à quolibet C.9.t.24.l.1. ¶Maieſtatis reus eſt C.9.t.24.l.2.L. ¶Torqueri illicò debet C.9.t.24.l.1.

de *Monetariis* C.9.t.24.E.11.

Monitio pro conſenſu non habetur.D.26.t.1.l.7.

Monitio Iudicis vim habet peremptoriæ citationis C.7.t.43.l.2.

Monoculus Tutor eſſe poteſt C.5.t.62.l.9.

Monogamia Laudatur C.5.t.9.O.

Monopolii auratiæ functionis onera C.1.t.3.auth.ſed hodie.A.

Monopolij ius à principe impetrari non debet Cod. 4.titulo.59. le.1.Z.

Monopoliũ exercere nemo debet,ne beneficio quidem principis C.4.t.59.l.1.

de *Monopoliis* C.4.t.59.

Monſtrum non rumpit teſtamentum. Codice 6.titu.29.l.3.

Monſtroſi partus non ſunt legitimi.D.1.t.5.l.14.

Montaniſtæ Alienare non poſſunt inter viuos, vel mortis cauſa C.1.t.5.l.18.in pr.

de Montanis C.I.Leon.I.Kon.I.

Montium proſpectus vicini,an à vicino impediri poteſt. Codice 3.t.34.l.1.E.

Ex Digeſtis.

Monumentum extrui & exornari,religionis intereſt.D.11.tit.8.l.1.§.6.quamuis heredes ſtricto iure non teneãtur.D.5.t.3.l.50.in fin.ſi ædificandum ſit,qua forma fieri debeat.D.8.t.4.l.4.F.

Monumentum purum vendi poteſt.D.11.t.7.l.6.§.1.

Ex Codice.

Monumentum Alienari non poteſt C.6.t.37.l.14.N. ¶Legari poteſt C.3.t.44.l.2.Z. ¶Legari non poteſt C.6.t.37.l.14.¶Obligari non poteſt C.3.t.44.l.2. ¶Obligari non poteſt Co.6.t.37.l.14.N. ¶Permutari non poteſt C.6.t.37.l.14. N. an potius ſit teſtibus C.4.t.21.l.15.K. ¶Religioſum fit,illatione corporis filiæ.C.8.t.17.l.3. ¶Venire non poteſt C.3.t.44.l.2.

Monumentorum Inſcriptiones, neque ſepulchrorum iura, neque dominium loci puri ad libertos tranſeunt.Co.3.t.44.l.6.

de *Monumentis* C.3.t.44.R.

Ex Digeſtis.

Mora committitur A QVO? ¶Differente fraudandi animo interpellato à creditore,vel alio eius nomine lib.22.t.1.l.24.§.2.l.32.in prin. ¶Latitante,vt non conueniatur.lib.22.tit.1.l.22. CONTRA, NON REMITTITVR, A QVO? ¶Abſente reipub.cauſa lib.22.t.1.l.23.in pr. ¶Dilationem habente à lege.D.4.tit.2.l.24.§.51.E. ¶Excipiente,libro 22.t.1.l.21. ¶in Hoſtium poteſtate exiſtente lib.22.t.1.l.23.in pr. ¶Iudicium accipere parato, licet ſolutione moram faciat lib. 22. titu.1. leg.24.in prin.leg.47. ¶Tuto exceptione D.2. titu.14.leg.54. ¶Vinculis detento lib.22.t.1.leg.23. in princi. QVEMADMODVM ET QVANDO? ¶Interpellatione extraiudiciali lib.39 titu.2.leg.44. in prin. ¶Vbi nulla eſt petitio lib.45. titulo.1.leg.56.§.8.B.l.127. & quando terminus nouus datur lib.22.t.1.leg.32.§.1.

Ex Codice.

Mora committitur reipſa,in bonæfidei contractibus, [illegible]gatis, & fideicommiſsis,idque fauore minoris C.2.t.41.l.3. ¶Currit à die ſcientiæ D.22.t.1.leg.10.40.t.7.l.3.§.11.K. ¶Facit, vt plus emptori tribuatur,quàm ſit ei venditum C.4.t.49.l.15. ¶Factum repræſentat C.8.t.31.l.3.E. ¶Fit,cùm poſtulanti non datur.Cod.6.t.47.l.1. ¶Fit à die litis conteſtatæ C.6.t.47.l.1.G. ¶Fieri non debet in alimentorum præſtatione Co.5.ti.50.l.1. ¶Non nocet libertati.C.4.t.57.l.4.¶Nulla eſt,vbi nulla eſt petitio:niſi dies interpellet Co.8.t.38.l.12.B. ¶Nuptiis iniicitur poſt ſponſalia expreſsè vel tacitè vel neutro modo Co.5.titu.1.l.4.E.

Ex Digeſtis.

Mora purgatur QVANDO ET QVEMADMODVM? ¶Intra paucos dies li.19.t.2.l.24 §.4. ¶Nouatione l.46.t.2.l.8. in pr. l.14.t.3.l.72.§.1.2.3. ¶Oblatione li.24.t.3.l.26.Z. ¶Oblatione li.45.t.1.l.73.§.2.ante litem conteſtatam l 84.91.§.3.C.intra modicum tempus,ſi aduerſarij non intereſt l.135.§.2. ¶ante Sẽtentiam factam non defendendo.li.46.tit.7.l.§.10.l.4.ſoluendo antè iudicium ſuſceptum D.4.t.8.l 52.

Ex Codice.

Mora Purgatur Acceptilatione canonis C.4.t.66.l.2.C. ¶Oblatione C.6.t.2.l.9. ¶Oblatione canonis.C.4.t.66.l.2.C. ¶Nouatione C.6.t.2.l.9.Y. ¶Stipulatione C.6.t.2.l.9.Y.

Ex Digeſtis.

CONTRA NON PVRGATVR QVANDO ET QVEMADMODVM? ¶Caſu ſuperueniente D.22.t.1.l.47.§.6. ¶Facta executione à lege vel homine li.12.t.6.l.35.B.¶In parte vna,licet in altera iuſta cauſa ſit. lib.31.t.1.l.78.in princ. ¶Poſt Sententiam lib.46.ti.7.l.3.in pr.

Ex Codice.

Mora Sanat,quod ratio nequit C.9.t.47.l.20.F.

Ex Digeſtis.

Mora Debitoris non inſpicitur,cùm etiam creditor eſt in morà li.19.t.1.l.51.in pr. ¶Defuncto facta,tranſmittitur ad heredẽ. li.22.t.1.l.27. ¶Fideiuſſoris,ſibi non nocet.li.29.tit.1.l.32.§.5. ¶Filij,ſibi tantùm non patri nocet:li.22.ti.1.l.32.§.3. ¶Furis, purgatur oblatione vel nouatione.li.13.t.1.l.17. ¶Heredis vel authoris non nocet,libertati fidei eius commiſſæ.l.41.tit.5.l.26.§.1.2.3.4.5. ¶Heredis,vſufructuario non nocet li.7.t.1.l.35.in pr.l.36.§.2.l.37. ¶Heredis,legatario non nocet lib.10.ti.4.l.10. ¶Mulieris dotem recipere recuſantis, maritum à culpa liberat li.24.ti.3.l.9. ¶Præcedens, non purgatur ſtipulatione animo nouandi facta lib.45.t.1.l.56.§.8. ¶Principalis & fideiuſſoris,quatenus inuicem & ſucceſſoribus eorum noceat.li.45.t.1 l.91.§.4.5. ¶Principalis,nocet fideiuſſori,& patri lib.45.t.1.l.49.in prin. ¶Promiſſoris,ſtipulanti non nocet lib.7.tit.1.l.37. ¶Rei fideiuſſori nocet li.22.t.1.l.24.§.1.¶Rei, ſibi non correo nocet li.22.t.1.l.32.§.4. ¶Qua actoris res deterior nõ eſt,reo non nocet D.2.t.11.l.8.¶Solutioni pecuniæ traiectitiæ facta,quemadmodum purgetur.li.44.ti.7.l.23. ¶Vltima nocet,niſi dolus aduerſarij interceſſerit.li.19.t.1.l.51.§ 1.

Ex Codice.

Mora in Bonæfidei iudiciis facit,vt vſuræ præſtentur C.4.ti.32.l.13. ¶Condemnati,non nocet victori C.7.t.53.l.7. ¶Emptoris,venditori non nocet C.4.t.48.l.2.B. ¶Heredis, non nocet legatariis.C.6.t.35.l.11.D. Co.7.t.4.l.15. ¶Heredis non vindicantis necem defuncti,non nocet libertatibus, in teſtamento relictis C.6.t.35.l.11.in pr. ¶Lege introducta. æquiparatur ei quæ per litis conteſtationem accidit.C.5.t.12.l.31.§.2.I. ¶Legitimæ liberorum adiecta,remoueri debet C.3.t.28.l.32.¶Libertatis ab herede facta,non nocet ſeruo C.7.t.4.l.15.¶in Libertate præſtanda,non nocet partui. C.6.t.56.l.6. ¶Pœnalis ſtipulationis,an poſsit purgari C.8.t.38.l.12. Accur. ¶Præſtãdæ libertatis,non nocet ei qui in vtero eſt C.7.t.4.l.3. ¶Promiſſoris dotis biennalis,facit vt ipſe vſuras præſtet C.5.ti.12.l.31.§.2.G. ¶Rei,nocet fideiuſſori l.173.§.2.H.1 *de diuerſ.reg.iur.* ¶in Rẽ ſi fiat,caſus fortuitus præſtatur. C.4.t.7.l.7. ¶cuique Sua nocet l.173.§.2.*de reg.iur.* ¶Tutoris,pupillo nocet C. 4.t.32.l.9.L. Impedit curſum vſurarum , quæ veniunt ex mora debitoris C.4.t.32.l.9. ¶Venditoris,emptori non nocet.Co.4.t.49.l.4.C.4.t.48.l.2.D.in fin.l.4.l.6.

Moram committere quando dicatur venditor. Codice 4. titulo 48.l.4.l.

Moram feciſſe non videtur, qui iuſtè iudicium paratus eſt accipere D.22.t.1.l.24.

Moram purgandi poteſtas non facit, vt indebitum videatur eſſe ſolutum D.12.t.6.l.35.

ob *Moram* præſtantur vſuræ , non ob lucrum Digeſt.22.titu.1.l.17.§.3.

Poſt *Moram* in bonæ fidei iudiciis,omnes acceſsiones fructus,& com-

commoda veniunt D.12.t.1.l.31.in pr.

Mora quæ deteriorantur, diſtrahenda ſunt D.26.t.10.l.7.§.2.

in *Mora* periculum eſt C.5.t.12.l.19.in pr.I.

in *Mora* eſſe quando quis dicatur D.13.t.5.l.18.in pr.

in *Mora* intelligitur quis ſtatim, cùm poteſt manumittere fauore libertatis C.4.t.57.l.4.

in *Mora* non eſt Venditor, antequam emptor precium ſoluit C.7.t.47.l.1.L.

Morari qui tenetur cum aliquo, eum ſequi non tenetur D.33.t.1.l.13.§.1. & cum aliquo morari continuè non tenetur, qui cum eo eſſe debet D.35.t.1.l.8.

Morandi cauſa, multi fruſtratoriam appellationem interponunt D.22.t.1.l.41.

Morari vbi quis dicatur D.32.t.1.l.33.

Moratoria cautio, an impediat oblatum prædium iure pignoris diſtrahi D.50.t.15.l.5.in fin.

Moratus Mala fide diu in libertate, non præſcribit Cod.7.titulo 22.l.1.

Morbus Aures quandoque concludit & vocem aufert C.6.t.22.l.10.verſ.vbi autem. ¶Excuſat *in pr. de iis per quos ag.poſſ.* ¶Vocem quandoque aufert & aures concludit C.6.t.22.l.10.verſ.vbi autem.

Morbus ſonticus facit differri cauſam D.42.t.1.l.60.

Morbi Acerbitas impedit ſcribendi facultatem Cod.6.t.23.l.29. in pr.

Morbo occurrere præſtat, quàm eum depellere C.2.t.41.l.5.D.

Morboſus Tutor eſſe non poteſt C.5.t.67.l.1.

Ex Digeſtis.

Mors certa eſt in genere, in indiuiduo verò incerta D.12.t.6.l.17.K. vnde etiam diem incertum habere dicitur D.35.t.1.l.1.§.2.

Ex Codice.

Mors Crimen extinguit Cod.9.t.6.l.1.2. ¶Crimen quandoque non tollit C.7.t.2.l.2. ¶Delictum extinguit, non tamen expreſſam ademptionem bonorum Co.7.t.66.l.3. ¶Diſſoluit matrimonium, contra voluntatem morientis Co.5.t.3.l.7. ¶Finit officium Co.5.ti.72.l.1.Z. ¶Falſi accuſationem non extinguit, licet extinguat crimen C.9.t.6.l.2. ¶Honeſtior eſt quandoque, quàm ſeruire extraneis C.5.t.37.l.22.verſ.& tolerabilius. ¶Non extinguit ſtatus quæſtionem motam Co.7.t.21.l.3. ¶Omnia ſoluit C.t.t.3.l.57.B. ¶Omnia ſoluit & extenſio ampliſſima iſtius regulæ N.22.c.20.M. ¶Omnibus vitæ terminus N.1.cap.1.§.1.F.& vltima linea rerum N.97.in præf.D. ¶Probatur certis argumentis C.5.t.18.l.5.M. ¶Solatium liberis reorum maieſtatis C.9.t.8.l.5.§.1. ¶Soluit appellationem à munere vel honore factam Cod.7.t.66.l.4. ¶Soluit mandatum re integra C.4.t.35.l.15.

Mors Accuſati, liberat accuſantem à perſecutione criminis C.9.t.6.l.3. ¶Accuſatoris, extinguit delictum, pendente appellatione Co.9.t.6.l.6. ¶Adſcita in reatu, non liberat à crimine capitali C.9.t.6.l.5.T. ¶Ancillæ, cuius nomine appellatum eſt, non facit interire quæſtionem peculij C.7.t.66.l.5. ¶Appellantis, extinguit delictum & pœnam C.7.t.66.l.2.3. ¶Appellantis, non extinguit appellationem C.7.t.66.l.1. ¶Ciuilis, confirmat donationem inter coniuges Cod.5.t.16.l.24. ¶Creditoris, non reſuſcitat obligationem ſolutione extinctam C.8.t.43.l.4. ¶Donatarij, infirmat donationem inter coniuges Cod.5.t.16.l 20.v.Donatio. ¶Iudicis, non nocet ſententiæ antea latæ Cod.7.ti.52.l.6. ¶Naturalis, confirmat donationem inter coniuges Cod.5.t.16.l.24. ¶Patris, ſoluit poteſtatem Cod.8.titul.49.l.3. ¶Quaſi ciuilis, vita ſolitaria C.1.ti.5.l.56.in pr.I. ¶Rei, pendente appellatione, extinguit delictum, ſed non cauſam confiſcationis C.9.t.6.l.6. ¶Speciei, non nocet creditori, poſt moram C.7.t.53.l.7.A. ¶Sponſi, non facit donationem ſponſalitiam reuocari Co.5.ti.3.l.11. ¶Vnius accuſati, non liberat alios à crimine Cod.9. titulo. 6.l.2.

ſi *Mors* interueniat, pendente appellatione C.7.t.66.

Mortis cauſam alicui præſtans non Aquilia, ſed in factum actione tenetur D.9.t.2.l.5.§.4. ¶Cauſa donatio v. ſ.donatio.

Mortis Cogitatio, perturbat humanam fragilitatem C.6.t.22.l.8. cir.med. ¶Fortuna, communis eſt C.2.t.1 l.19.

Mortis defuncti inultæ pœna, minores non obligat Cod. 2. titu. 41.l.1.

Morti Vicinus teſtis eſſe non poteſt C.6.t.22.l 8.K.

Mortem ſibi tædio vitæ conſciſcentis, teſtamentum valet Dige. 28.tit.3.lib.§.7.Dig.29.1 tu.5.l.1.§.23. ſecus ſi metu criminis, d.§.7.

Mortem ſibi conſciſcens, ad fiſcum bona transfert C.3.t.26.l.2. ¶Sibi conſciſcens metu pœnæ, aut conſcientia criminis, fiſcum habet ſucceſſorem, ſecus ſi impatientia doloris vel ex alia cauſa C.9.t.50.l.1.

ad *Mortem* damnatus, v.damnatus.

Morte Rei, iudicium ſoluitur D.48.t.16.l.15.§.3. ¶Tutoris, reuocatur mandatum ab eo factum D.29.t.21.l.50.

Mortalitatem præſtare an debeat poſſeſſor D.5.t.3.l.40.

Mortalium rebus incidunt multi caſus C.3.t.33.l.15.16.§ 1.

Morticinij ius, eccleſiaſticis Galliæ ad adquiſitionem immobilium, & aliarum rerum eſt neceſſarium C.1.t.2.l.1.G.

Mortuum Euinci non poteſt C.8.t.45.l.26.

Ex Digeſtis.

Mortuus apud hoſtes, fingitur mortuus prima hora captiuitatis, lib.49.t.15.l.12.§.1. ¶Illatus in locũ communem altero neſciente, an illum religioſum reddat lib. 10.t.3.l.6.§.6. ¶In itinere, non præſumitur ex itinere mortuus, niſi ſit aliud adminiculum lib.12.tit.4.l.5.§.4. ¶Sepultus, ſine autoritate principis, vel pontificis permiſſu, effodi non poteſt, lib.11.t.7.l.8.in prin.l.38. licet in arca ſit poſitus, & arcam tolli liceat l.39.

Ex Codice.

Mortuus Accuſari poteſt maieſtatis Cod.9.ti.8.l.6.in pr.l.7.8. ¶Adiudicari non poteſt vel ſuſpendio vel exuſtioni C.9.ti.6.F. ¶Velle non poteſt C.1.t.2.l.1.M.

Mortuo ſimilis eſt, qui neque ſcribere, neque articulatè loqui poteſt C.6.t.23.l.29.in pr.Q.

Mortuum inferre in locum, in quo ei ius eſt, nemo prohibetur li. 11.t.8.l.1.§.1. ¶Inferre in locum ſuum, vel alterius quemadmodum liceat §.9.*de rer.diuiſ.* ¶Sepeliens, an ſe pro herede gerat lib.11.t.7.l.4.l.14.§.8.

in *Mortuum* an ſtatui aliquid poſſit à iudice C.9.t.6.F.

cum *Mortuo* Morari, ſtultum eſt præcipere C.6.t.37.l.1.A.

de *Mortuo* inferendo interdictum lib.11.t.8.l.1.in pr. ¶Competit CVI? domino proprietaris t.8.leg.1.§.2. ADVERSVS QVEM? ¶Prohibentem t.8.l.1.§.2. AD QVID? ¶Locum purum lib.11.t.8.l.1.§.2.

de *Mortuo* inferendo interdictum prohibitorium eſt lib.11.ti.8. l.1.§.3.

Mortui Apud hoſtes hereditas l.3.§.fin.*de verb.ſign.*

Mortui non obligantur ſtatutis, ſed morituri C.5.t.27.l.9.§.2. ¶Vbi ſepeliendi L.53.

Mortuorum Reliquiæ in vrbe ſepeliri non debent Codi.3.titulo 44.l.12.

Mortuorum ſepeliendorum mos, apud antiquos lib.45.titul.3.l.2. §.4.L.

Mortuus aliquando proſpicitur C.2.t.8.l.5.§.6.

ad *Mortuos* ante rogationem legis, lex non pertinet Cod.7.t.6.l. 1.§.3.

pro *Mortuis* gentiles ſacrificabant C.3 t.44.l 1.V.

de *Mortuis* inteſtatò C.I.Conſtant Porphyr.3.

Mori quidam, quàm damnari malunt D.28.t.3.l.6.§.7.

Mori ſuo domino, quàm ſeruire extraneis, tolerabilius eſt Co.5. t.37.l.22.vers. & tolerab.

cùm *Moriebatur*, Inſulam ædificari quis promittere poteſt, & heres tenetur C.8.t.38.l.15.§.1.

Moriens Accuſatione pendente, ſuum habet ſucceſſorem C.9.ti. 6.l.5. ¶Si iuret quantum habeat in bonis, cui præiudicium faciat N.48.

Morientis adſertio non probat D.29.t.5.l.3.§.1. ¶Dicto non creditur, ſi de onerandis aliquibus agitur C.3.t.36.l.5.I. ¶Dicto credi oportet C.3.t.36.l.5.I. ¶Operæ v.Operæ.

in *Morientis* poteſtate non poteſt dici fuiſſe quis, antequam naſcatur D.37.t.6.l.fin.

Morientem contemnens, ſuum dicere non poteſt C.8.t.52.l.2.

Morientium voluntates ſeruandæ N.22.c.46.§.1.A.

Morientibus etiam Imperator proſpicere debet C.6.t.43.l.2.

Moribundus Moleſtandus non eſt C.9.t.19.auth.item.

non *Moriturum* ſeruum, promitti non poteſt C.8.t.38.l.8.

Moroſus debitor, tenetur de periculo interitus D.45.ti. 1.leg.82.§.fin. tenetur etiam de caſu fortuito C.6.t.47.l.3.

Mos regionis inſpiciendus eſt D.25.t.4.l.1.in fin.

Mores diuturni, conſenſu vtentium comprobati, legem imitantur §.9.*de iur.nat.*

Mores digni prætore plebis N.13.c.3.§.1.O.

Mores Locorum ſeruandi ſunt, in apertura teſtamenti C.6.t.32. l.2. ¶Mali, ſuſpectum faciunt, non autem paupertas Di. 26. tit.10.l.10. ¶Malorum, non excuſantur infirmitate animi

Co.2.t.35.l.1. ¶Temporum, in ſententia ferenda obſeruandi ſunt.C.5.t.4 l.3.

Mores inſpiciuntur, in nuptiis contrahendis C.5.t.4.l.18. ¶Reprobari in liberis non poſſunt,quos quis in ſe approbat Cod. 3.titulo 28.l.11.P. ¶Superant Romanas leges. Codice 8.titulo 53 l.2.F.

Mores improbare non debet maritus,vide ſ.Maritus.

contra *Mores* bonos nihil fieri debet.D.45.tit.1.l.35.§.1.& ita factum non tenet D.30.t.1.l.112.§.3.

Moribus conſtitutum ius,eſt conſuetudo D.1.t.3.l.32.

Moribus Bonis v.Bonis.

de *Moribus* iudicium ſublatum eſt C.5.t.17.l.11.§.2.in fin.

Moſes

120.annis vixit N.5.c.2.§.1.N.

Motus

ad Delictum in atrociſsimis, habetur pro confecto C 6.t.1.l.3.M.

Motion animi cùm vultus detegit,ſignum eſt inconſtantiæ D.1.t.18.l.9 §.pen.

Monendi ſunt principes æquitate D.36.t.1.l.74.§.fin.

Muciana

cautio locum habet in conditionibus omnibus,quæ morte legatarij finiuntur D.35.ti.1.l.83.contrà non habet locum,ſi per aliam conditionem legati actio differri poteſt.l.77.§.1. includit etiam plenam reſtitutionem rei & fructus D.31.t.2.l.76.§.7.B.

Mucianæ cautionis vtilitas D.34.t.1.l.78.l.79.§.2.

Mucoris

vini periculum,vide Acoris.

Mulæ

ſi infantem triuerint,quemadmodum ex lege Aquilia agatur D.9.t.2.l.52.§.2.

Ex Digeſtis.

Mulier

Abigens partum,in temporale exilium damnatur D.47.t.11.l.4.D.48.t.8.l.8.t.19.l.39.in fi. ¶Admiſſa calumnioſè in poſſeſsionem,punitur.D.25.t.6.l.1.§.1.2. ¶Arta redhiberi poteſt Dige.21.t.1.l.14.§.7. ¶Bis in menſe purgata redhiberi poteſt.D.21.t.1.l.15. ¶Decipiens,nõ iuuatur Velleiano D.16. t.1.l.fi.§.pe.vide ſ. Velleianum. ¶Interueniens pro alijs ſi pignus dederit,idque diſtractum ſit, vindicare id liberè poteſt D.6.t.1.l.8.§.9.& ſi reo pro quo interuenit ſuccedat, non iuuatur Velleiano D.18.t.1.l.8.§.13. aliud ſi creditor mulieri heres fuerit d.l.8.§.12. ¶Pariens intra legitimum tempus, ſtatim nubere poteſt D.3.t.2.l.11.§.2. ¶Prægnans, antequam partus excidatur,humari non debet D.11.t.8.l.2.

Ex Codice.

Pupillares res diſtrahendi arbitrium liberum non datur prætori. D.27.t.9.l.5.§.14. & earum rerum emptor, tenetur probare ſe tutore autore emiſſe D.6.t.2.l.13.§.2.

Pupillares res v. Bona.

Purgare poteſt heres innocentiam defuncti Digeſt. 49.t.14.l.22.

Purgatur reus non criminum relatione, ſed innocentiæ D.48.titu.t.l.5.

Purgandi moram poteſtas non facit, vt indebitum videatur ſolutum D.12.t.6.l.35.

Purgans pudorem ſuum, ferendus eſt, D.5.t.5.l.25. ¶Sc, tenetur deierare. D.9.t.4.l.21.§.2.

Puritas animi, in epiſcopis requiritur. Co.1.titu.4.l.34.in princip.

Purpura

Purpura emi poteſt à procuratore Cæſaris Cod. 4.titulo 40.l.2.

Purpuram fucans aut diſtrahens ſi priuatus ſit,punitur capite, & publicatione bonor.C.4.t.40.l.t.

Purpura in publicis meretmoniis eſſe debent.l.80.

Purpura vſus olim interdictus.L.80.B.

Putealis aqua,duci non poteſt D.43.t.20.l.1.§.6.

Q.

QVadrageſima exempta quæſtionibus criminalibus, de lege Co.3.t.12.l.6.ſecus de conſuetudine d. l. 6. †.

vltra *Quadrantem* decepti, in Gallia reſtituuntur.C.3.t.38.l.3.A.

Quadriennium vide Anni quatuor.

de *Quadriennij* præſcriptione C.7.t.37.

Ex Digeſtis.

per *Quadriennium* ſi legatur, debetur ſingulis annis D.33.tit.1.l. penult.

Quadrupes ſi altera alteram occiderit, quemadmodũ teneatur D.9.t.1.l.1.6.tt. damnum dederit, Aquilia non tenetur D.9.t.2.l.5.§.2. ſi dolo alterius damnum dederit,noxæ deditur D.4.t.3.l.7.§.6. ſi occiſa fuerit poſt litem conteſtatam,dominus pro noxa ad intereſſe tenetur D. 9.t.1.ſi occiſa fuerit cum eius nomine actio erat,ad quid ſit agendum D.9.t.2.l.37.§.1. ſi pauperiem feciſſe dicatur D.9. t.1.l.1.in pr.vel depaſtionẽ,ad quid teneatur.d.l.1.in pr.B.ſi Pauperiem. vide Pauperies.

Quadrupes ſi pauperiem feciſſe dicatur *in prin. Si quadrup.pauper. Inſtitut.*

Quadrupes quæ pecudum numero veniat §.1.*d.l.Aquil.*

Ex Codice.

Quadruplum Accepti à iudicibus,vt exules dimittant C.9.t.47.l. 26.§.2. ¶Detinentium bona damnati,vltra tempus legitimũ C.9.t.49.l.11. ¶Expenſarum, ab herede contumace in cauſa libertatis præſtatur.C.7.t.4.l.17.in fin. ¶Pœna exigentis aliũ pro alio,ſua auctoritate C.4.t.12.aut.ſed. ¶Pœna fiſci, non vindicantis ſpurio donata à patre C.5.t.27.l.1.in fin. ¶Pœna magiſtratus non cuſtodientis priuilegia ſcholarium, quoad ius repreſſaliorum.C.4.ti.13.conſtit.Friderici K. ¶Pœna in mutuo adiecta reſtringitur ad vſuras legitimas Co.4.t.32.l.15. ¶Ruſtica inſtrumenta auferentium,contra leges C.8.t.17.authen.agricult. ¶Repetundarum nomine C.9.t.27.l.6.in fin. ¶Subrepti ex naufragio vel incendio,intra annum.Cod.6.ti. 2. l.18.

Quadruplum Diuiditur inter fiſcum & ſpoliatum Co.1.t.51.l.3.E. ¶Stipulari poteſt arrarum ſponſalitiarum nomine,ſi pacto cõtrà veniatur C.5.t.1.l.5.§.1.N. ¶Stipulari poteſt intereſſe nomine C.7.t.47.l.1.S.

Quæ res venire nõ poſſunt,& qui vendere vel mercari vetantur C.4 t.40.

Quæſitor Non mutat pronunciationem Cod.7. tit.44. l.2.N.

Ex Digeſtis.

Quæſtio de communi ſeruo,niſi communis negotij cauſa haberi non poteſt D.10.t.3.l.27.vide ĩ. Tortura & Torquere.

Ex Codice.

Quæſtio interponitur inueſtigandæ veritatis gratia.C. 9.t.41.l.8.§.1. ¶Non eſt, quandiu conſentanea dicuntur C.3 t.9.l.1.H. ¶Subſidium aliarum probationũ C.9.t.41.l.12.

Quæſtio Fidei v.Fidei. ¶Honoris,morte finitur Cod. 7.t.66.l.4. ¶Maior,minori præfectur C.7.t.19.l 7.E. ¶Seruitutis v.Seruitutis. ¶Voluntatis defuncti, in æſtimatione iudicis poſita eſt C 6.t.42.l.7.

Quæſtionis dolor v.dolor.

de *Quæſtionibus* C.9 t.41.

Quæſtor præeſt minori latereculo,& alia eius officia Co. 1.t.30.l.1.O.l.2. ¶Subſcribere debet, officiis & conditionibus C.1.t.30.l.3. ¶Subſcribere debet reſcriptis C.1.t.23.aut.Glorioſiſsimi.

Quæſtor Exercitus vbi hybernare debet.C.1.t.40.l.6.N.

Quæſtoris officium C.1.t.30.

Quæſtores quando orti,& eorum officium D.1.t.2.l.1.§.22.l.13.l.1. in pr. & qui creari poſſunt l.1.§ 3.

Quæſtores parricidij quando orti,& eorum officium Dig.1.tit.2.l. 2.§ 23.

Quæſtores ſolebant olim populo munera dare C.1.titul.39.l.2. in fin.B.

de *Quæſtore* N.80.& eius officio c.1.B.c.6.F.c.7.G.

de *Quæſtoribus*,id eſt præfectis inſularum N.41.

Quæſtura ingreſſus honorum gerendorum D.1.t.13.l.1. §.3.

Quæſtus corporis in ſeruitute factus , non obeſt mulieris famæ D.3.t.2.l.24.

Quæſtus Computatur in rationibus reddendis C.7.t.18.l.3. ¶Deteſtabilis eſt ex proſtitutione C.8.t.51.l.7. ¶Turpis, non eſt præſumendus C.5.t.51.l.10. E.

Quæſtus ſpe ſublata,languent commercia Cod.1.titu.2.auth. hoc ius K.

Quæſtus turpis exceptio,non poteſt obiici mutuum repetenti C.4.t.2.l.7.

Ex Digeſtis.

Qualitas, quæ eſt in cauſa alicuius effectus,debet ineſſe tunc temporis,cùm de illo effectu diſponitur D.29.t.1.l.25.K.

Qualitas adiecta coercet diſpoſitionem D.42.t.1.l.6.in pr.

Ex Codice.

Qualitas Animi,probatur iuramento C.4.t.19.auth. Atqui M.

Qualitas. i.Atrocitas facti,ſufficit ad reſcindendum contractum C.2.t.4.l.13.in pr.A.

Qualitas Heredis,non confirmat teſtamentum inualidum C.7.t. 2 l.5.A. ¶Perſonæ,auget iniuriam C.9.t.35.l.4. ¶Perſonarum inſpicitur,ſi de educandis pupillis quæſtio ſit C.5.t.49.l.1. ¶Perſonarum non ſufficit,ad reſcindendum contractum C.2. t.4.l.13.in pr.A.

Qualitas præſupponit ſubiectum l.83.O.*de diuerſ.reg.iur.*

Qualitatis differentia eſſe poteſt,etiamſi non loci C.5.t.71.l.16.

Qualitatem falſam rei attribuens per errorem , ſibi non nocet C. 1.t.18.l.5.I.

Quandocunque vox indefinita eſt C.4.t.54.l.2.

Quando decreto opus non eſt C.5.t.72.

Quando ex Facto tutoris vel curatoris,minores agere vel conueniri poſſunt C.5.t.39.

Quando liceat ab emptione diſcedere C.4.t.45.

Quando mulier tutelæ officio fungi poteſt C.5.t.35.

Quando prouocare neceſſe non eſt C.7.t.64.

Quandiu dictio,facit conditionem D.35.t.1.l.100.§.fin.

Quanta ſumma,verba referuntur ad corpora D.32.t.1.l.95.

Quantitas Debiti,non numerus creditorum, obſeruatur C.7.t.71.l.8.cir.med. ¶Legitima in donatione inter coniuges,500.aurei C.5.t.16.l.25.Accurſ.

in *Quãtũ* facere poteſt,cõuenitur ceſſionarius,ſi quid ſuperlucratus eſt C.7.t.72.l.3. ¶Fraudator,Pauliana C.7.t.75.l.6. ¶Maritus,& æſtimatur tẽpore rei iudicatæ D.24.t.3.l.15.in pr. ¶Mulier interueniens,accepta pecunia C.4.t.29.l.23.§ 1.in fin. ¶Pater dotans filiam de ſuis & maternis bonis C.5.t.11.l.7.L.

Quanto minus à debitore exigere potero, tantum dare ſpondes? D.12.t.1.l.2.in pr.

Quanto minoris competit CVI? ¶Emptori ignoranti C.4.t. 49.l.9. AD QVID? ¶ad Intereſſe oueris,abs venditore celati nomine C.4.t.49.l.9.M. CONTRA NON COMPETIT, CVI? ¶Emptori ſcienti C.4.t.49 l.9.

Quanto minoris actio concluditur anno C.4.t.58.l.2.

Ex Digeſtis.

Quarta debita,ex conſtitutione D.P.familiæ hercis. iudicio vtiliter petitur D.10.t.2.l.2 §.1. ¶Debita impuberi adrogato,quemadmodum vindicetur D.38.t1.5.l.13. ¶Falcidiana,æſtimatione teſtatoris non magis minui,quàm augeri poteſt D.35.t.2.l.15.§.8.

Ex Codice.

Quarta bonorum curialis epiſcopi ſumti,decurionibus applicanda vel fiſco C.1.t.3.l.53.in pr. A. ¶Cõiugum repudiatorum ſine cauſa,vel egenorum,habet 100.libras auri C.5.ti.17.l.11.§. 1.L. ¶Curiæ,Legitimato decedente,relictis liberis C.5.t.27.l. 9.in fin.pr. ¶Falcidiæ,tranſmittitur ad heredes legitimos C.6. t.49.l. o. ¶Fideicommiſſarij eius quod ſupererit ex hereditate eius,qui ſine liberis decedat,minui nõ poteſt ab herede, niſi ex cauſa dotis,donationis propter nuptias , captiuorum redemptionis,vel expenſarum neceſſariarum nomine C.6.t. 48.auth.contra. ¶Inſtitutionis,fideicommiſſario reſtituenda eſt C.6.t.48.auth.contra. ¶Liberorum,non conſiſtit in fructibus & reditibus,ſed in ipſis rebus hereditariis C.6.t.48.l.6.in

pr.¶Liberorum Orthodoxorum, delinquentium in parentes non orthodoxos C.1.t.5.l.13.§.1.¶Trebellianica v.Trebellianica.¶Vna, apud liberos manet C.6.t.48.l.6.in pr.O. ¶Vna ſaltem detrahitur à liberis; grauatis fideicommiſſis C.6.t.49.l.10.C.3.t.36.l.24.B.

Ex Digeſtis.

Quarta quibus deductis computanda D.5.t.2.l.8.§.9.

Ex Codice.

Quarta Conſeruari tantùm debet, ex fideicommiſſo ſuperflui hereditatis reſtituendi C.6.t.48.auth.contra. ¶Intelligitur deducto ære alieno C.6.t.48.l.5.I.¶Non detrahitur ex lucratiua à curiali, loco ſacro data C.1.t.2.l.22.

Ex Nouellis.

Quarta: Liberis relinquenda eſt, titulo inſtitutionis N.115.ca.3.in pr. mulieris inopis, in bonis viri locupletis N.53.c.6.in pr.G. I.& econtra viri inopis in bonis mulieris locupletis ibid.K. ſecus ſi vterque diues §.1.M. ¶Vxoris in bonis mariti N.74.c.5.in pr.L.¶Vxoris inopis L.106.H.N.117.c.5.

Ex Codice.

Quarta pars bonorum mortis tempore legitima olim erat filiorum C.3.t.28.l.6.8. hodie ſemis vel triens pro numero liberorum auth.Nouiſſima.

Quartæ deductio an à teſtatore prohiberi poſſit N.1.c.2.§.2.H. in fin.

Quartarij variæ ſpecies §.7.D.*de fideic.hered.*

Quartæ partis dimidium ſufficit, ad excludendam inofficioſi teſtamenti querelam C.3 t.29.l.7.

Ex Digeſtis.

Quartam ex donatione mortis cauſa habens, de inofficioſo agere non poteſt D.5.t.2.l.8 §.6.

Quartæ duæ ab herede, ex vno teſtamento detrahi poſſunt D.36.t.2.l.3.B.

Ex Codice.

Quartæ Duæ, an vna à liberis primi gradus detrahatur C.6.t.48.l.6.in pr.M.

Quartæ Duæ detrahuntur à liberis primùm legitima, tanquam debitum naturale, deinde quarta Trebellianica, ita tamen vt dodrans reſtituatur C.6.t.48.l.6.in pr.O.

de *Quartarum* variis ſpeciebus, & quid in eas computetur, vel nõ vide Accurſ.l.24.C.3.t.36.

Quartana febris, an ſit morbus ſonticus D.42.t.1.l.60.§.fin.

Quaſi Caſtrenſe peculium, habẽt filiiſ.aduocati, ex quæſitis in aduocatione C.2.t.7.l.4.8.

Quaſi Caſtrenſia hodie non conferuntur C.6.t.20.l.21

de *Quaſi* caſtrenſi peculio quatenus quis teſtari poteſt §.6.*de mili.teſtam.*

Quaſi poſthumus quemadmodum exheredandus §.2.*de exher.lib.*

Quaſi meum eſt, quod mihi cũ alio cõmune eſt C.4.t.52.l.3.M.

Quaſi prædo eſt, qui rem alienã vacantẽ occupat C.8.t.4.l.11.Q.

Quatuor viri quando orti, & eorum officium D.1.t1.2.l.2.§.30.

Quatenus quiſque condemnari debet, præſes diſpicit C.5.t.51.l.5.

Quater pour cent C.4.t.32.auth.adhæc C.

de *Quatuor* liberorum iure ſublato C.8.t.59.l.2.

Ex Digeſtis.

Querela inofficioſi ante aditam hereditatem non naſcitur D.5.t.1.l.8.§.10. & quando tranſmittitur ad heredes D.5.t.2.l.6.§.fin.l.7.

Ex Codice.

Querela ſi inofficioſi non habet locum in Teſtamento clerici, ſuper peculio quaſi caſtrenſi Co.1.t1.3.l.50.v.Inofſic. ¶Simplex coram vicinis facta, impedit ratihabitionem C.5.t.74.l.3.D.

Quemadmodum teſtamenta aperiantur, inſpiciãtur, & deſcribãtur C.6.t1.32.

Quemadmodum refertur ad ſolennitates C.6.t.23.N.

Quies communis. b omnibus vindicanda C.3.t.27.l.2.

Quies regionis magiſtratui commendata N.103.c.3.§.1.B.

Quies in templis ſeruanda C.1.t.12.l.5.

Quietatio generalis, non porrigitur ad ſpecies de nouo repertas, vel dolo contrahentium ſubtractas D.2.t.14.l.15.

Qui vel quis relatiuum quandoque conditionem indicit, quandoque demonſtrationem D.30.t.1.l.6. facit veram relationem non ſimplicem D.28.t.5.l.15. quandoque auget, quandoque reſtringit D.32.t.1.l.46. ¶Limitat ſuum antecedens, ad quod refertur D.34.t.1.l.15.§.fin.¶Reſtringit antecedens, ad quod refertur D.24.t.2.l.11.

Quilibet dictio eſt diſtributiua, vt omnis coniunctiua D.4.t.8.le.32 § 13.

Qui Dari tutores vel curatores poſſunt & qui dari non poſſunt C.5.t.34.

Qui Manumittere nõ poſſunt, & ne in fraudem creditori manumittatur.C.7.t.11.

Qui non eſt mecum, contra me eſt.C.1.t.9.l.12.in fin.B.

Qui non poſſunt ad libertatem peruenire.C.7.t.12.

Qui non habet in ære, luit in corpore C.6.t.1.l.4.

Qui petant tutores vel curatores C.5.t.31.

Quibus ex cauſis ignorantibus nobis adquiritur, ex his cauſis & furioſis adquiri poteſt §.3.*de heredit.quæ ab inteſt.*

Quibus non obiicitur longi temporis præſcriptio C.7.t.35.

Quibus res iudicata non nocet C.7.t.56.

in *Quibus* caſibus tutorem vel curatorem habẽti, tutor vel curator dari poteſt C.5.t.36.

in *Quibus* cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio C.7.t.34.

Quincunx Vſura æquatur ſorti 20.annis Cod.4.ti.32.le.5.Z.

Quinquagenaria, nuptias contrahere poteſt Co.6.t.57.l.12.

poſt *Quinquageſimum* annum opera non dabantur, vide ĩ. Operarum actio.

Quinquennium Exceptioni non numeratæ pecuniæ conſtitutũ, hodie in biennium commutatur C.4.t.30.le.14.in prin. vide Anni quinque.

Quinque viri cis Tiberim & vltra Tiberim quando orti, & eorũ officium D.1 t.2.l.2.§.31.

Quinque viri Ciſiberes poſtea ædiles creati.l.2.§.33.

Quintanum Contacem ſine fibula ludere licet C.3.t.43.l.3.

Q. Fabius Labeo arbiter finium regundorum M.10.tito.1.l.4.§.5.M.

Quinti Mucij opinio de partibus lucri & damni in ſocietate §.2.*de ſocietat.*

Quiſque dictio propriè collectiua, quandoque tamen diſtributiua eſt.D.28.t.5.l.29.

Quitantia Erronea de toto recepto, cùm pars ſaltem recepta ſit, non præiudicat C.8.t.43.l.6.¶Ficta, non liberat C.8.t.43.l.13. ¶Miſſa ad procuratorem, ſpe futuræ numerationis, non liberat debitorem, niſi numeratio ſecuta ſit C.8.t.43.l.23.vide Apocha.

Quod ab initio non valet, ex poſtfacto non conualeſcit. §.2.*de inutilibus ſtipul.*

Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur tit.*Quod cum eo qui in alien.*

Quod cum eo qui in aliena poteſtate negotium geſtum eſſe dicetur C.4.t.26.

Quod iuſſu actio directa eſt §.7.*Quod cum eo qui in alien.poteſt.* non competit aduerſus Filiumfa. abſtinentem ab hereditate paterna C.4.t.26.l.4.

Quod non eſt, non amittitur.D.7.t.4.l.1.§.1.B.

Quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem ipſe vtatur. E. 7.c.8.in prin.A.C.4.t.44.l.7.

Quorum Appellationes non recipiuntur C.7.t.65.

R.

RAdices Arboris vicinæ, ſolent euertere fundamenta vicinæ domus C.8.titu.1.l.1.

Radices Tollendæ ſunt, quæ fundamentis vicinis periculum afferunt C.8.t.1.l.1.

Rami Tollendi ſunt, qui ædibus vicinis damnum afferunt. C.8.t.1.l.1.

Rapiens ſponſam, tenetur l.Iulia.C.9.t.13.l.3.

Rapta illicitè, repeti poſſunt C.5.t.3.l.10.

Rapta Nubere poteſt alij poſtea ſi voluerit, vel in pudicitia ſua manere C.9.t.13.l.1.§.1. ¶in Pudicitia ſua poſtea manere poteſt C.9.t.13.l.1.§.1.†. ¶Raptori nubere prohibetur.N.143.E.

Rapta Libera, adquirit omnia bona matrimonij t & poteſt alij poſtea nubere C.9.t.13.l.1.§.1.¶Nubens raptori, bona omnia amittit, quæ ad parentes. vel iis non exiſtentibus ad fiſcum deferuntur C.9.t.13.l.1.§.1.T.

Raptor Appellare non poteſt C.9.t.13.l.1.in pr.O. ¶Conquirendus eſt vndique Co.9 t.13.l.1.in pr. ¶Fori præſcriptionem non habet C.9.t.13.l.1.in pr.N. ¶ab Homicidij

cidij crimine non eſt vacuus C.9.t.13.l.1.in pr.S. ¶Improbus fur eſt *in prin. de vi bon.rapt.* ¶Interfici poteſt à cognatis & proximis perſonis,ſi in flagranti compræhenſus eſt Co.9.t.13. l.1.§.1. ¶in Mora eſt C.6.t.2.l.9.Y. ¶Non tenetur,ſi cùm potuerit coire,non coiit.C.9.ti.13.l.1.in prin.P. ¶Occidi poteſt à coniunctis perſonis,adhuc in flagranti crimine depræhenſus.C.9.t.13.l.1.in pr. ¶Rapti periculum præſtat,niſi moram offerendo purgauerit C.6.t.2.l.9.

Raptor Depræhenſus, interfici poteſt à coniunctis perſonis.Codice 9.t.13.l.1.in prin. ¶Fugiens, conquirendus eſt à quouis iudice C.9.ti.13.l.1.in prin. ¶Nuptæ mulieris,tenetur adulterij & rapinæ.C.9.t.13.l.1.in pr. ¶Offerens raptum,moram purgat,& à periculo liberatur C.6.t.2.l.9. ¶Potentatu ſe defendere volens,compræhendendus eſt à quouis iudice.Co.9.t.13.l.1.in pr. ¶Sponſæ ſuæ per vim,punitur Co.9.ti.13.l.1.in pr.K. ¶Virginis in flagranti crimine deprehenſus, à quibuſdam occidi poteſt C.1.t.3.l.54.vide Virginis.

Raptoris pœna:vide Pœna.

Raptus, Crimen,publicum eſt C.3.t.41.l.4.M. ¶Fit mulieris etiam conſentientis C.9 t.13.l.1.§.2.in fi.A. ¶ad Iniuriam hominum non ſolùm pertinet, ſed etiam ad ipſius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur. C.9.tit. 13.l.1.in pr. ¶Remitti non poteſt,per patrem.C.9.t.13.l.1.§. 2.in fin.B.

Raptus nuptæ grauior eſt,quàm non nuptæ.C.9.t.13.in princip. ¶Vxoris,grauior eſt,quàm virginis.C.9.t.13.l.1.in pr.

Raptus pœna:vide pœna.

Raptus TENETVR ¶Ancillam rapiens C.9.t.13.l.1.§.1. ¶Auxilians raptori C.9.t.13.l.1.§.1. ¶Auxilium inuaſionis tempore præbens.C.9.t.13.l.1.in pr.A. ¶Comes raptoris C.9.t.13.l.1.§. 1.2. ¶Conſcius raptus C.9.t.13.l.1. in pr.A. ¶Conſentientem rapiens C.9.t.13.l.1.§.2.in fi.A. ¶Ingenuam rapiens C 9.t.13.l.1.§.1.R. ¶Libertinam rapiens Cod. 9.t.13.l.1.§.1.Q. ¶Nuptam rapiens C.9.t.13.l.1.in pr. ¶Raptum committes C.9.t.13.l.1.in pr. ¶Sequens raptorem C.9.t.13.l.1.§.1. ¶Sodalis raptoris C.9.t.13.l.1.§.1. ¶Sponſam ſuam per vim rapere auſus C.9.t.13.l.1.in pr.K. CONTRA NON TENETVR ¶Mulier,rapiens virum libidinis cauſa C.9.t.13.l.1.§.2.C.

de *Raptum* paſſa.vide Muliere.

de *Raptu* Sanctimonialium Co.9.t.13. ¶Viduarum Cod.9.t.13. ¶Virginum C.9.t.13.

de *Raptu* Virginis tranſigere licet, non tamen maleficium manet impunitum C.7.t.13.l.3.B.

Ex Digeſtis.

ſe non *Rapuiſſe* iurans,an hoc iureiurando adiuuari debet, in actione furti & condictione.D.12.t.2.l.28.§.2.

Raro accidentia prætereunt Iuriſconſulti. Digeſt.5.titulo 4.lege 3.

Raro accidentia magis miramur.N.105.cap.1.in fin.B.

Ex Codice.

Raro accidentia obſeruantur quandoque à Iuriſconſultis C.6.ti 22.l.10.cir.med..

de *Raro* Accidentibus legiſlatio non fit C.6.t.57.l.12.T.

Ex Digeſtis.

Ratam habere ſolutionem videtur,qui mandati agit Dig. 46.t.1.l.86.

Ratam rem haberi cauere tenetur QVIS? ¶Actor à tutore datus Dige.46.t.8.l.9. ¶Defenſor tutoris ſuſpecti poſtulati l.6. ¶Procurator in actionibus l.20. ¶Procurator in contractibus l.10.11.12.in pr. ¶Procurator ſtatus controuerſiam mouentis l.8.§.2. ¶& in Stipulationibus l.29. ¶Soluens legatum procuratori,ſine iudice l.13.§.1.

Ratam rem haberi ſtipulatio FINITVR ¶Abſolutione iudicij,cuius nomine cautio interpoſita eſt D.46.t.7.l.8.in pr. ¶Agendo ex bona cauſa l.8.in pr.I. ¶Comprobatione legis à domino facta l.5. ¶Defectu ſuperueniente ex parte ratum habentis l.24.§.1.l.25.§.1. ¶Ratihabitione ſecuta l.12.§. 2 l.22.in pr.§.1.2. ¶Reſtitutione minoris in integrum D.46. t.7.l.3.in pr. ¶Succeſſione promittentis bona domini l.25.in pr. CONTRA NON FINITVR. ¶Conueniendo alium,quàm ſtipulatum erat D.46.t.8.l.1. ¶Ratihabitione pro parte l.18.

de *Rata* expugnata v.Incendio ſ.

Ex Codice.

Ratificari poteſt Diuiſio hereditatis,ſine dolo à minore facta C. 2.t.46 l.1.

Ex Digeſtis.

Ratihabitio comparatur mandato D.46.t.3.l.12.71.§.1.2.3. ¶Confirmat iudicium per falſum procuratorem D.2.t.1.l.56. ¶Fieri poteſt actus comprobatione D.46.t.8.l.517. literis Di.3.t.3. l.65.pro parte D.46.t.8.l.17.18.& verbis l.5. contra fieri non poteſt ab herede,ſi lis facta ſit nomine defuncti l.7. ¶Inducit tacitum iuſſum D.29.t.2.l.25.§.7.A. ¶Nihil operatur, ſi ratum habentis nomine non eſt geſtum Dig.3.ti.5.l.6.§.6. ¶Non requiritur in his, quæ geſta ſunt, vi expreſſi vel taciti mandati Dig.12.ti.6.l.47.O. ¶Pertinet ad confirmationem prioris poſtulati D.37.t.1.l.16. ¶Retrotrahitur Dige.1.titul. 1.l.16.D.2.t.8.l.11. ¶Retrotrahitur in tempus conuentionis D.20.t.1.l.16 §.1.P. ¶Quandoque non retrotrahitur D.1.t.16. l.4.in fi.D 3.t.2.l.13.

Ex Codice.

Ratihabitio Actus non præſupponit, antecedentem actum metu factum fuiſſe C.2.t.20.l.4.A. ¶Creditoris, confirmat ſolutionem alij factam C.8.t.43.l.12. ¶Maioris, extinguit reſtitutionem in integrum Cod.5.ti.74.l.1. ¶Patris, mandato vel conſenſui non abſimilis Cod.4.ti.28.l.7.in pr. ¶Patris,nihil operatur in bonorum poſſeſſione à filiof.adquirenda C.6.ti. 9.l.1.P. ¶Patroni,nocet ſuis liberis C.6.t.5.l.2. ¶Tempore competenti facta,ſupplet defectum temporis incongrui C.2. t.46.l 1.

Ratihabitio confirmat inutilem venditionem C.4.t.35.l.12.H. ¶Diuiſionem infirmam C.3.t.38.l.2. ¶Exactionem debiti ſine mandato domini factam Co.2.t.19.l.9. ¶Geſtum inutiliter C.4.t.51.l.4. ¶Pignus inutile C.8.ti.16.l.7.P. ¶Sententiam illegitimam C.3.t,38.l.2.X. ¶Venditionem nullam C.3. t.32.l.3.L.

Ratihabitio Impeditur, per ſimplicem querelam coram vicinis factam C.5.t.74.l.3.D. ¶Retrotrahitur C.4.t.28.l.7.in pr. ¶Retrotrahitur ad tempus contractus Cod.5. titul.16.l.25. in fin.

Ratihabitio quid efficiat l.60.F.*de diuerſ.reg.iur.* & quandò non ſufficiat actui confirmando d.l.60.I.

Ratihabitionis ſatiſdatio ante litem exptam à procuratore exigitur D.3.t.3.l.40.§.3.

Ratihabitione confirmatur, Donatio facta iudici, durante adminiſtratione Co.1.t.53.l.1.§.1. ¶non Confirmatur donatio rectori prouinciæ facta Co.1.t.53.l.1 §.2. venditio rectori prouinciæ facta C.1.t.53.l.1.§.2.

de *Ratihabitione* Donationē inter coniuges factarum, & à parentibus in liberos C.5.t.16.

Ex Digeſtis.

Ratio vbi eadem,ibi idem ius D.2.t.13.l.9.§.2.O.& beneficium D.27.t.7.l.7. & vbi ſimilis eſt,ibi lex extendi poteſt D.22.t.5.l.13.

Ex Codice.

Ratio Nulla cùm reddi poteſt, non poteſt diuerſum ſtatui C.6.t. 28.leg.1.in fin. ¶Reddi debet ab Adminiſtratore publico & priuato,idque in loco geſtionis C.3.t.21.l.1.2.O. ¶Reddi debet à concuratore vniuerſali,finito officio Co.5.t.37.l.2. & à militari adminiſtratore Co.3.ti.21.l.2. ¶Reddenda eſt ceſſationis C.5.t.54.l.4. ¶Reddenda eſt etiam peculij ſeruo conceſſi,qui proclamauit ad libertatem & obtinuit C.7.t.18.l.3. ¶Reddi debet,vbi totius rei inſtructio amplior haberi poteſt C.3.t.21.l.2.B. ¶Reddi non debet, adminiſtratione durante C.5.t.37.l.14. ¶Sententiis ineſſe debet C.7.t.45.l.1.D. ¶Vinci non poteſt per conſuetudinem C.8.t.53.l.2.

Ex Digeſtis.

Ratio naturalis ſufficit ſine lege D.27.t.1.l.13.§.7.K. ¶Omnium quæ à iuris amatoribus conſtituta ſunt, reddi non poteſt D.1. t.3.l 20.D.11.t.7.l.9. ¶Neque inquirenda eſt l.21. ¶Non eſt quærenda vlterius,cùm eſt ſtatutum D.28.t.2.l.29.§.7.

Ex Codice.

Ratio Adminiſtrationis lucrorum nuptialium, à parentibus petenda non eſt C.5.t.9.l.8.§.4.in fin. ¶Adminiſtrationis tutelaris reddi non debet adulto,ſed curatori eius C.5 t.31.l.7. ¶Conſuetudinis,cuſtodienda eſt Co.8.t.53.l.1. ¶Diſciplinæ v.Diſciplinæ. ¶Eadem vbi eſt,ibi idem ius eſſe debet C.5. t.62.l.17. & conſtituendum Cod.8.t.56.l.8. ¶Eadem, facie conſtitui idem ius C.8.t.1.l.1. ¶Humanitatis, habenda eſt C. 5.t.62.l.23. ¶Naturalis,præſumitur in quouis homine C.6.t. 22.l.2.I. ¶Regularum antiquarum,non ita perfecta eſt C.6. t.2.l.21 cir.med.D. ¶Religionis,habenda eſt C.5.t.62.l.23. ¶Sententiæ, adhiberi debet C.7.t.62.l.1 P. ¶Sexus à Deo diſtincti habenda eſt C.9.t.9.l.31.B. ¶Vbi eadem,ibi idem ius. C.4.t.18.l.3.

Rationis redditio, compræhendit reliquorum præſtationem C. 7.t 7.l.1.§.4.remitti pōt tutori patris teſtamēto C.6.t.42.l.18.

Rationi reddendæ obligatus,ſi aduerſa pars nolit eā recipere,pecuniam corā teſtibus apud acta deponere debet C.5.t.56.l.4.

Rationi & calculo ſtari debet,niſi de errore probetur Cod.2.titu 5.l.1.T.

Rationem reddere non tenetur liber factus, de antè geſto Cod.7. t.2.l.4.G.

Ratione legis ceſſante, ceſſat lex C.6.t.50.l.1.in pr.P.

Ratione non probris aduocatus certare debet C.2.t.6.l.6.§.1.

Ex Digeſtis.

Rationes Authenticæ actori ad inſtruenda ea, quæ poſtea emergunt, ſunt neceſſariæ D.10.t.2.l.8.in pr. ¶Expunctæ an retractari poſſint D.50.t.8.l.8. ¶Hereditariæ ſi deleantur, quid agendum D.10.t.2.l.16.§.5. ¶Prælegatæ non prius traduntur, quàm heredes deſcripſerint D.10.t.2.l.8 in pr. ¶Teſtamenti, hereditate vẽdita vel diuiſa, apud quem manere debeãt D.10. t.2.l.4.§ 3.l.5.6 8.G.

Rationes cum die & conſule edi debent D.2.t.13.l.6.§.6.

Ex Codice.

Rationes Falſi argui poſſunt, ſiue publicæ, ſiue priuatæ ſint C.9. t.22.l.23.

Rationes Curæ adminiſtratæ, niſi cura finita, reddendæ non ſunt C.5.t.37.l.14. ¶Fiſcales, edi debent ſi debitor fiſci, inſtrumentum ſolutionis amiſerit C.4.t.21.l.4. ¶Priuatæ, nihil probãt C.4.t.19.l.6. ¶Sæpe computatæ, denuo tractari poſſunt C.2. t.5.l.1.T. ¶Seruitutis tempore geſtę, à libero facto nec eius herede reddendæ ſunt C.7.t.2.l.4. ¶Tutelæ, v. Tutelæ.

Ex Digeſtis.

Rationum reddendarum remiſſio, non ſe extendit ad reliqua, nec ad dolum, nec ad peculium Dige.30.t.1.l.119. vide cætera ſ. de Aneglogiſtis.

Rationum Redditarum error, vid. Error. ¶Redditio iterata, fieri poteſt C.1.t.4.l.26.in pr.P.

Rationes reddere TENETVR, operum publicorum curator, & per quos cogendus, ſi recuſet C.1.t.4.l.26.in pr. ¶Vſufructuarius Co.6.t.60.l.8.§.4.in fin.R. NON TENETVR ¶Pater, in adminiſtratione aduentitiorum C.6.t.60.l.8.§.4.in fin.

de Rationibus diſtrahendis actio finita tutela competit Cvtile.1.§.24. ¶Succeſſoribus Di. 27.t.3.l.1.§.23. ADVERSVS QVOS? ¶Tutores omnes.D. 27.t.3.l.1.§.19.l.2.intercipientes ius pupilli l.1.§.23. AD QVID? ¶Æſtimationem rei ablatæ D.27.t.3.l.1.§.20. ¶Duplum le. 2.§.2. NON COMPETIT ADVERSVS ¶Heredem leg.1.§.23.

de *Rationibus* diſtrahendis actio eſt perpetua, pœnalis D.27.tit. 3.l.1.§.23.

Ratiociniis operum publicorum C.8.t.13.

de *Ratiociniis* tam publicis quàm priuatis, vbi agi debeat Co.3.ti. 21.leg.1.2.

Ex Digeſtis.

Rationalis Cæſaris officium & authoritas D.1.ti.19.l.1. in pr. quatenus proſit in alienatione rei Cæſaris l.1.§.1. in acquirenda hereditate l.1.§.2.l.3. in iure deportandi le.3.in pr. interdicendi leg.3.§.1. & reſtituendi le.3.§.2.

Ex Codice.

Rationalis Cæſaris Multam infligere non poteſt Cod.1.t.54.le.2. ¶in Reſtitutione rerum à fiſco iniuſtè occupatarum, ius publicum ſequitur C.4.t.12.l.2. ¶de Status quæſtione inter fiſcum & priuatum cognoſcit C.3.t.22.l.5.

Ratum habere poteſt QVIS? ¶Furioſus ad mentem reuerſus D.24.titu.3.l.22.§.12.Q. ¶Maior 25. annis C.4.t.51.l.4. QVID? ¶Doloſè geſtum per procuratorem C. 2.t.13.l.10. ¶Id quod ipſo iure nullum eſt Cod.5.ti.74.le.1.N. ¶Nullum ab initio C.3.t.32.l.3.L.

de *Rato* cauere debet poſſeſſionem abſentis recuperare volens, ſi mandatum non habeat C.8.t.5.l.1.B.

de *Rato* cauere non tenetur, Tutor agens pupilli nomine Co.5.t. 37.l.13.L. ¶Tutor exigens debita pupillaria, vel etiam depoſita Cod.5.t.37.l.13. ¶Tutor defenſionem pupilli promittens C.5.t.37.l.28.§.3.G.

Reale Ius, potius eſt perſonali C.8.t.18.l.9.H.

Reatus Excludit omnem honorem. Codice 3.titulo 24. le.1.

Ex Digeſtis.

qui in *Reatu* decedit, integri ſtatus decedit D.48.t.4.l. fin. qui verò mortem ſibi conſciuit, an eius bona confiſcentur Dig. 48.t.21.l.3 §.2.

Ex Codice.

Rebaptizans, id aufert, quod geminat Codic.1.titu. 26.l.1.D.

de Rebellibus anathemate feriendis C.1: Conſtant. Porphyrog.1.

Rebellis non facit captiuum C.7.t.14.l.5.S.

in Rebus dubiis agendum eſt, vt res bona fide contracta, iuto loco ſit, niſi apertè contra leges ſcriptum ſit D.14.t.5.l.51.

Recede à nobis: vias tuas ſcire nolumus Cod.1.titu.1.le.10. cir.med.

Receptator debitoris fiſcalis, cui teneatur N.17.cap. 8.K.

Receptitia Actio, abolita eſt C.4.t.18.l.2.in pr.N. olim ad res indebitas dabatur C.4.ti.18.l.2. in pr.

Receptus arbiter, v. compromiſſarius.

Receptio pretii ſcienter facta, facit præſumi venditionem Dig.21. t.2.l 12.

Recipiens reum, tenetur eiuſdem criminis D.29.t.5 l.3 §.12.P.

Recipiens aliquid tanquam à tali, cùm talis non eſſet, ſi errorem ſuum probauerit, non ei nocet C.1.t.18.l.9.

Recitari ſolent ſæpius conſtitutiones principum in ſuo conſiſtorio C.5.t.12.l.30.in fin.

Recitans inſtrumentum, non iuuatur, ſed is qui in eo continetur C.4.t.19.l.21.

Reconciliatur obligatio rei alienæ, per voluntatẽ domini D.21 t.1.l.16.§.1.

Reconducere nemo tenetur. Codice 4. titulo 65. l.11.

Reconductio Non fit tacito conſenſu, ſi locatio in ſcriptis facta ſit præciſè Cod.4.t.65.l.16.S. ¶Præſumitur fieri, vide præſumitur.

Reconductio Tacita, etiam in ruſticis prædiis locum habet Co.4. t.65.l.16.R.

Reconueniri poteſt procurator ad agendum datus C.2.t.13.l.5.

Reconuentio fieri poteſt coram eodem iudice C.7.t.45.authen.& conſequenter.

ex *Reconuentione* Victus, v. victus.

Rectè diſpoſitum, non eſt reuoluendum. Codice 1. titul.1. le.4.

Rector Prouinciæ, Amicus noſter ab Imperatoribus appellatur C.5.t.4.l.11. ¶Cognoſcit de actione tutelæ C.5.t.51.l.8. ¶Examinare debet num aduocatus futurus aptus ſit C.2.t.7.l.11.§.1. ¶Iudex ordinarius & publicus dicitur, & appellatur ab Imperatoribus frater C.1.t.40.C.

ſi *Rector* Prouinciæ vel ad eum pertinentes, ſponſalitia dederunt C.5.t.2.v.ſ. Præſes.

Rectores de dolo ſuo tenentur D.4.t.3.l.15.§.1.

Rectoris prouinciæ officium C.1.t.40. in creandis & ſubrogandis aduocatis C.2.t.7.l.11.§.1.

Recuſare licet iudicem, ante litem conteſtatam Co.7.ti. 45.l.16.

Recuſari poteſt Arbiter, datus ante litem conteſtatam C.7.t.70. l.1. ¶Iudex quãdo poſſit vel non C.3.t.1.l.12.v.Iudex.

Recuſans Perficere, v. pœna Recuſantis.

Recuſatio Hereditatis, differt à repudiatione C.6.t.31.V. ¶Iudicis, non eſt de numero appellationum C.7.t.70.l.1.O.

Recuſationis iudicis libellus, v. Libellus.

Recuſationis vocabulum & appellationis ſimul ponuntur C.7.t. 45.l.16.

Recuſatione iudicis oblata, coguntur litigatores intra triduum arbitros eligere C.3.t.1.l.18.O.

Recreare ſe non poteſt Eccleſiaſticus ludo prohibito C.1.t 4.l.34.§.3.

Redempta ab Hoſtibus, nubere poteſt redemptori C. 8.t.51.l.2.R.

Redempta Proſtituta à redemptore, aufugere poteſt. Codice 8. tit.51.l.7.

Redemptio captiuorum, piiſſima adminiſtratio Co.8.t.54.l.36.in pr. ¶Poſtponitur religioni C.6.t.48.auth.niſi.

Redemptionis captiuorum fauor N.115 cap.3.§.13.in fin.B.

Redemptionis pretium pro alio ſolutum, actione negotiorum geſtorum recipitur D.3.t.5.l.21.in pr.

Redemptioni captiuorum legari poteſt C.6.t.48.l.3.

Redemptioni captiuorum relictum, non habetur pro relicto perſonis incertis C.1.t.3.l.28.in pr.

in *Redemptionem* captiuorum donare licet C.8.t.54.l.36.in pr.

Redemptor Opus imperfectum relinquere non debet Co.8.t.10. l.12.§.8.in pr.

Redemptor captiui heredis grauati, de ſuperfluo exhereditatis reſtituendo, quartam minuere poteſt C 6.t.48.aut.contra. ¶Inuitus, precium redemptionis accipere tenetur à quolibet traditum C.8.t.51.l.6. ¶Proſtituens redemptam, ius pignoris amittit, cum precio C.8.t.51.l.7. ¶Remittens precium redempto, non facit eum ſuum libertum C.8.t.51.l.11.

Ex Digeſtis.

Redemptores cauſarum, deprehendi debent à iudice D.1.t.16.l.9. §.2. ¶Operum publicorum, quibus teneantur D.50.t.10.l.2. §.1.cætera.v.ſ. Menſor.

Ex Co-

Ex Codice.

R*edemptores* litium, Expellendi C.4 t.35.l.22. ¶Pecunias ſolutas & vſuras earum repetere poſſunt, redemptione reſciſſa C.4.t.35.l.22.cir.med.

R*edemptores* faciunt domini ſoli, id quod ædificant Digeſto.6.t.1.le39.in pr.

R*edemptus* libertatem conſequitur, precio redemptionis donato C.8.t.51.l.2.O. ¶Obligatur redemptori, & quatenus C.8.t.51.l.20.E. ¶Pignoris loco retineri poteſt à redimente, donec precium ſoluatur Cod.8.t.51.l.2.non autem à liberis eius le.8. ¶Seruus non eſt, ſed pignoris tantùm loco redimenti, non autem eius liberis C.8.t.51.l.2. ¶Succedere poteſt parentibus, etiam antequam precium offerat C.8.t.51.l.15.

R*edemptus* ab hoſtibus, cuius iuris ſit D.49.t.15.l.12.§.7. cum ſequentib.l.15.21.in pr.

R*edemptus* ab Hoſtibus ſoluere debet precium redemptionis, vel ſeruire per quinquennium: alimenta autem eis præſtita, reddere non tenentur Cod.8.t.51.l.20. ¶à Matre, nullum matri debet precium C.8.t.51.l.17.

de R*edemptis* ab hoſtibus C.8.t.51.

Redditio Chirographi, facit interire pignus C.8.t.26.l.7.facti eſt C.8.t.43.l.15.D. ¶Inſtrumenti, nõ habet tantum fidei, quantum confeſſio debiti Cod 8.t.43.l.14. ¶Inſtrumenti, ſine voluntate creditoris facta, non liberat debitorem C.8.t.43.l.15. ¶Inſtrumentorum, non requiritur ad obligationis interitum C.8.t.43.l.4. ¶Rationum, finit periculum adminiſtrationis C.5.t.48.l.1.F.

Ex Digeſtis.

Redhibitio ex ædilitio edicto, fit cum cautionibus de dolo D.21.t.1.l.21.§.1.2.3.l.22. ¶Reſtituit omnia in integrum l.21.23.§.6.l.60.eáque omnia retrò aguntur D.4 t.7.l.9.

R*edhibitio* facta in fraudem creditorum, illis non nocet D.21.t.1.l.43.§.7.

Redhibitoria ex ædilitio edicto directa competit Cvi? ¶Domino, ſi ſeruus emerit D.21.t.1.l.57.in pr. ¶Emptori D.21.t.1.le.1.§.1.l.23.§.7. ¶Emptori ignoranti D.21.t.1.l.51.vel ſi ignorare potuit l.14.§.10. etiam poſt ſex menſes l.55. ¶Fideiuſſori in vniuerſam cauſam l.56. ¶Heredibus emptoris coniunctim, & ex cauſa diſiunctim l.31.§ 5.6.7.8.9. ¶Omnibus, quos fefellit venditor l.1.§.1. ¶Permutatori l.19.§.5. ¶Succeſſoribus l.1.§.1.l.19.§.5.

Ex Codice.

Competit ¶Emptori ignoranti vitium rei venditæ C.4.t.58.l.1. ¶Paciſcenti, vt ſi diſplicuerit prædium, inemptum eſſet C.4.t.58.l.4. ¶Peſtibilem fundum ignoranter ementi C.4.t.58.l.4.

Ex Digeſtis.

Adversvs qvos? ¶Dominum, nomine ſerui venditoris D.21.t.1.l.23.§.4.l.57.§.1. ¶Heredes le.23.§.5. ¶Partem, nomine filij venditoris le.23.§.4.l.57.§.1. ¶Pupillarium rerum venditores l.1.§.5. ¶Rempublicam venditionem celebrantem l.1.§.4. ¶Seruientes bona fide l.23.§.6. ¶Venaliciarium, cuius maior pars eſt l.44.§.1. ¶Venditores decipientes l.1.§.2.l.37. ignorantes l.1.§.2. ¶Venditores non cauentes D.21.t.1.l.28.29.

Ex Codice.

Adversvs vendentem fundum peſtibilem ignoranti Co.4.t.58.l.4. ¶Vendentem ſcienter ſeruum vitioſum, ignoranti C.4.t.58.l.1.

Ex Digeſtis.

Ad qvid? ¶Acceſſiones pretij Di.21.ti.1.l.27.29.§.1.2.l.31.§.6. ¶Corporis retentionem, propter damna eius nomine paſſa l.31.in pr. ¶Damni emptori à re vendita dati æſtimationem l.23.§.8. ¶Duplum l.45. ¶Expenſas rei emptæ nomine factas l.27 29.§.3.l.30.§.1. ¶Fructus acceſſionis l.31.§.6. ¶Fructus pretij l.26.§.2.l.31.§.6. ¶Indẽnitatẽ pręſtãdã l.29.§.9.l.30.in pr. ¶Pretiũ rei tantùm, quanuis recipere venditor rem nolit l.31.in pr. ¶Pretium recipiendum poſt rem redhibitam l.28.§.9.10.29 §.1.2.l.13.§.8.l.59.in pr. ¶Pretium ante reſtitutionem rei, cum cautione l.26.27. ¶Pretium cum ablatis à ſeruo fugitiuo leg.58. ¶Sumptum leg.45. ¶Vſuras pretij l.29.§.2.

Ex Codice.

ad Fundum peſtilentem recipiendum C.4.t.58.l.4. ¶ad Preciũ cũ cætero damno, ſi ſeruus ignoranti venditus fuerit C.4.t.58.l.1. ¶Precium peſtilentis agri, ignoranti venditi C.4.t.58.l.4. ¶Precium, vitio ſerui ab emptore probati C.4.t.58.l.5.

Ex Digeſtis.

In qvibvs contractibvs? ¶Locationibus Dig.21.t.1.l.63.V. ¶Venditionibus ſoli l.63. Propter qvid? ¶Adfirmationem falſam D.21.t.1.l.17.§.20.l.18 l.19.in pr.& §.1.l.31.§.1.l.52.l.38.§.10. ¶Bouem cornu petentem l.43.in pr. ¶Claudum l.13.P. ¶Clauum l.12.in prin. ¶Clodum l.13. ¶Corporis vitium l.4.§.3.4. ¶Corporis vitium ad animum penetrans l.4.l.1.§.9.l.4.§.2. ¶Digitum manus aut pedis abſciſſum l.10.in pr.& §.1. ¶Digitos coniunctos, ſi incommodent l.14.§.6. ¶Febrem l.50. ¶Febrem continuam l.1.§ 8.l.4.§.6. ¶Fœminam, quæ bis in menſe, aut omnino non purgatur l.15. ¶Fundum peſtilentem l.46. ¶Hydropicum le.10.§.2.T. ¶Hominem vitioſum ſub conditione venditum, ea exiſtente l.43.§.9. ¶Impetiginem, ſi membro in quo ea eſt, non rectè vtatur l.6.in pr. ¶Iumenta turbantia ſiue cauſa l.43.in pr. eripientia ſemetipſa l.43.in pr. ¶Linguam abſciſſam l.8. ¶Loquentem [illegible] l.9. ¶Luſcitionem le.10.§.4. ¶Mancum l.12.§.3. ¶Membrum abſciſſum l.12.in pr. ¶Miopem l.10.§.3. ¶Moram venditoris leg.31.§.23.24. ¶Morbum l.38.§ 3.§.10. celatum venditoris dolo leg.14.§.9. comitialem l.53. ¶Morbum qui vſum miniſteriúmque hominis impedit l.1.§.8. ¶Morbum, vnius, ex pluribus connexis l.34.35.36.l.38.§.12.13.14. l.38.39.40. in pr.l.59.§.1.l.54. in pr.§.1. ¶Morbos temporarios D.21.tit.1.l.6.in pr. ¶Mulam, quæ non patitur alterum iugum l.38.§.9. ¶Mulierem artam l.14.§.7. ¶Mulierem mortuos parientem, ſi vuluæ vitio hoc accidit l.14.in pr. ¶Mulos peſſumdantes l.43.in pr. ¶Mutum l.9. ¶Ornamentum non datum, cùm tacitè venerat l.38.§.12. ¶Phreneticum l.1.§ 9. ¶Podagram l.53. ¶Polypoſum l.12.in pr. ¶Rem in qua iuris eſt conditio, ea exiſtente D.21.l.43.§.10. ¶Seruitutem celatam l.61. ¶Spadonem cui neceſſaria pars corporis penitus abſit l.7. ¶Sterilitatem fœminarum, vitio corporis l.4.§.3. ¶Strabonem, ſi corporis vitio hoc accidit l.12.§.4. ¶Varicoſum l.50. ¶Veteratorem pro nouicio venditum le.37. ¶Vitium corporis & animi mixtum l.4.§.4. ¶Vitium quod impediat le.38.§.10. quod vſum miniſteriúmque hominis impedit l.1.§.8. ¶Vitium ſerui à venditore negatum D.21.t.1.l.17.§.20. ¶Vitia animi D.21.ti.1.l.1 §.9.10.11.l.2.3.4.in pri.§.4.l.65.in pr. ¶Vitia animi, ſi promiſit venditor D.21.t.1 l.4.§.34. ¶Vrinam facientem in lecto, vitio veſicæ Dig.21.t.1.l 14.§.4. ¶Vuam Dig.21.titul.1.l.14.§ 5.

Ex Codice.

Qvando? ¶Intra ſex menſes à tempore venditionis C.4.t.58.l.2.

Ex Digeſtis.

Contra non competit cvi? ¶Emptori rei, in qua vitia apparent D.21.t.1.l.1.§.6. ¶Emptori ſcienti talem eſſe, quem emit le.47.§.4.l.51. ¶Manumittenti alium, cuius nomine agere vellet l.47.in pr.

Ex Codice.

Non competit ¶Debitori tacenti debitum, cùm tutor crearetur C.5.t 34.auth.minoris.

Ex Digeſtis.

Adversvs qvem? ¶Venditorem bonis conditionibus l.54. ¶Venditores fiſcales l.1.§.3. ¶Venditores rei in qua vitia apparent l.1.§.6. ſerui vincti l.48 §.3. Ad qvid? ¶Donata l.62.

Ex Codice.

¶ad Caſus, poſt emptionem perfectam ſuperuenientes C.4.t.58.l.3.

Ex Digeſtis.

Propter qvid? ¶Atypum D.21.t.1.l.10.§.5. ¶Auriculæ dolorem l.4.§.6. ¶Balbum l.10.§.10. ¶Blæſum 10.§.5. ¶Brachium inæquale, niſi impediat le.12.§.1. ¶Crus breuius, niſi impediat D.21.t.1.l.12.§.1. ¶Dentis dolorem l.4.§.6. ¶Dentem abſentem l.11. ¶Digitum abſciſſum, ſi ſine impedimento abſit D.21.t.1.l.10.§.2. ¶Febriculam quantulamlibet l.4.§.6. ¶Gutturoſum l.12.§.2. ¶Hircoſum D.21 tit.1.l.12.§.4. ¶Latus inæquale, ſi nihil impediat l.12.§.1. ¶Lippitudinem leuem l.4.§.6. ¶Loquentem [illegible] l.9. ¶Loquentem tardius l.10.§.5. ¶Maxillam alteram maiorem, niſi impediat l.12.§.1. ¶Morbum ſonticum titu.1d.4.§.5.l.65.§.1. ¶Morbum omnem l.4 §.6.l.48.§.1. ¶Oculum alterum maiorem, niſi impediat l.12.§.1. ¶Oculos prominentes l.12.§.2. ¶Os olens l.12.§.4. ¶Prægnantem mulierem leg.14 §.1. ¶Puerperam l.14.§.2. ¶Sexuam leg.12.§.4. ¶Seruum vitioſum l.17.19. ¶Sterilitatem fœminæ de natura l.14.§ 3. ¶Strabonem l.12.§.4. ¶Varum l.10.§.5. ¶Varium l.10.§ 5. ¶Vlcus mediocre l.4.§.6. ¶Vuam præciſam l.14.§.5.

Ex Codice.

QVANDO? ¶Poſt ſex menſes C.4.t.58.l.2.

Ex Digeſtis.

Redhibitoria ex Ædilitio edicto contraria competit CVI? ¶Venditori D.21 t.1.l.23. in pr. & §.7. ¶Heredibus leg.31 §.10. ADVERSVS QVEM? ¶Emptorem, ſuo ſuorúmque nomine D.21.t.1.l.25.in pr.§.1.2.3.le.29.in pr. AD QVID? ¶Acceſſiones nomine ſerui obuentas l.31.§.19.l.43.§.5. ¶Acceſſiones l.23.§.1.& 9.le.24. ¶Cautionem præſtandam l.30.in pr. ¶Culpæ emptoris æſtimationem l.25.§.5.l.31.§.11.12. ¶Deteriorationem rei venditæ, tam ab emptore ipſo, quàm ſibi ſubiectis datã l.25.in pr §.1.2.3.4.7. l.31.§.9.14.15. ¶Deteriorationem rei redditæ l.23.in pr. ¶Deteriorationem tam animi quàm corporis t.t l.25.§.6. factam ante iudicium l.25.§.8. ¶Fructus rei venditæ l.23.§.9.l.25 §.8. ¶Omnia quæ præſtanda eſſent ſi viueret, cùm mancipium culpa emptoris mortuum eſt D.21.t.1.l.31.§.11.12. ¶Partum l.31.§.2. ¶Peculium quæſitum non ex re emptoris leg.31.§.4. ¶Seruum etiam ſine cautione præſtanda, *furtis noxiſque eum ſolutum eſſe* l.46. ¶Vſumfructum proprietati adeptum li.31.§ 3. CONTRA NON DATVR, AD QVID? ¶Seruum, qui capitalem fraudem admiſit Dig.21.t.1.l.23.§.2.l.25.§.4. mortis conſciſcendæ cauſa quid fecerit l.23 §.3.

Redhibitoria non datur ſed exemptio PROPTER QVID? ¶Aleatores D.21.t.1.l 4.§.2. ¶*Ἀντιάδας* inueteratas l.14.§.8. ¶Auaritiam l.1.§.11. ¶Cupiditatem l.1.§.11. ¶Curuitatem l.3. ¶Equum mordacem aut calcitroſum l.4.§ 3.M. ¶Errorem l.4.§.3. ¶Fanaticum malum l.1.§.9.10. ¶Fatuum l.4.§.3. ¶Febrem aliquando habentem l.1.§.10. ¶Fugitiuum l.4.§.3. ¶Fugitiuum l.17.in pr.ad §.17. ¶Gibbum l.3. ¶Guloſos l.4.§.2. ¶Impetiginem l.6.§.1. ¶Impoſtores l.4.§.2. ¶Iracundiam l.1.§.1. ¶Iumenta pauida, calcitroſa li.4.§.3. ¶Litigioſos l.4.§.2. ¶Loquentem grauiter l.9. ¶Luxuriam l.1.§.10. ¶Melancholiam l.2. ¶Mendaces le.4.§.2.l.65.in pr. ¶Morbum ab emptore remiſſum l.14.§.9. ¶Morbum qui omnibus patere potuit l.14.§.10. ¶Morionem l.4.§.3. ¶Mulam quæ tranſiũgi nequit l.38.§.8. ¶Mulum caſtratum l.38.§.7. ¶Mutum le.3. ¶Noxam l.17.§.17.& 18. ¶Proteruitatem le.3. ¶Pruriginem l.3. ¶Viuarios l.4.§.2. ¶Scabiem l.3. ¶Spadonem l.6.§.2. ¶Surditatem l.3. ¶Teſticulum vnum habentem le.6.§.2. ¶Tonſillas inueteratas l.1.l.48.§.8. ¶Timiditatem le.1.§.11. ¶Venditionem ſimplariam l.48.§.8.

Redhibitoria actio ſex menſes vtiles habet D.21.t.1.l.19.§.6. ¶& Cautiones de dolo l.21.§.1.2.3.l 22. habet & tempus præfinitum tacitum, & perpetuum l.31.§.22.

Ex Codice.

Redhibitoria actio concluditur ſex menſibus C.4.t.58.l.2.

Redimere Actionem realem vel perſonalem licet C.4.t.39.l.9. ¶Litem, contra bonos eſt Co.2.ti.13.leg.15.

Redimendi ius, præſcribi poteſt C.7.t.10.l.7.F.

Redimens aliquid ab hoſtibus, quid iuris in eo habeat D.49.ti.15.l.12 §.7.cum ſeq.l.19.§.9.l.20.§.2.

Redimens Vexationem, quæ ſibi innocenti fit, repetit, & accipiẽs punitur C.9.t.9.l.23.§.1.

de *Redimendis* captiuis C.1.t.3.

Redintegratio matrimonij, reſtituit omnia in priſtino ſtatu D.23.t.3.l.30.D.24.t.3.l.19.

Redintegratio neceſſaria non eſt, vbi integra cauſa eſt. Cod.2.titu.41.leg.2.

Redintegrato matrimonio, ſoluitur iudicium rerum amotarum D.25.t.2.l.23.

Reditus Ædium maior eſt, quàm pecuniæ C.5.t.37.l.22. verſ.ſed &. ¶Annuus ex pecunia defuncti emptus, computatur in legitimam Co.3.t.28.l.30.§.2. ¶Annuus maior, minori vtilior eſt. Codice 5. titulo 37. lege 22. verſ. ſed &. ¶Ciuitatis, v. ciuitatis. ¶Domorum, in porticu ædificatarum, ad luminaria, ædificia & tecta reparanda deputatus Co.8.tit.12. leg.19. ¶Dotis, præſtatur à promiſſore dotis, ſi bienniumin ſolutione eius morã faciat C.5.t.12.l.31.§.2.F. ¶Eccleſiæ, in quos vſus impendendus C.1.t.3.l.42.§.7. ¶Fructuum, qua proportione emendus C.4.t.32.l.16.K.auth. adhæc.P. ¶Fundorum reipub. deputantur refectioni vrbis C.8.t.12.l.11. ¶Modii, quanti emendus C.4.t.32 auth.adhæc.P. ¶Maior, in rebus pupillaribus obſeruandus eſt C.5.ti.37.l.22.verſ.ſed. ¶Pupilli, ſolui poteſt tutori, etiam ſine decreto Co.5.t.37.l.25. ¶Quindecim annorum non æquiualet fundo, licet donator reditus annui, tantum præſtando liberetur C.8.t.54.l.35.§.3.Q. ¶Rei, eſt nota eius precij Cod.4.t.44.l.16.D. ¶Reipublicę fundorum, pro tertia parte publicorum mœniũ, & thermarum ſubſtitutioni deputantur C.8.t.12.le.11. ¶Specierum in vino oleo vel frumento, quemadmodum conſtituatur, & ematur C.4.t.32.l.16.K.auth.adhæc P.

Ex Nouellis.

Reditus: Eccleſ.reliqua, vide Reliqua. ¶Officinarum magnæ eccleſiæ, ſepulchrorum ſumptibus deputati L.12.D. ¶Quatenus in pecunia ab eccleſia conſtitui poſſint N.40.in præfat.§.1.A.

Ex Codice.

Reditus in Dotem dari poteſt Co 5 t.12.l.31 §.2.in pr. ¶Pertinet ad eum, ad quem proprietas Co 3.t.32.l.11. ¶Præſtatur communiter, in fine anni C.4.t.66.l.2.A. ¶Præſtatur à condemnato moroſo C.7.t.53.l.7. ¶non Præſtantur à liberis, ſi eum pendente conditione fideicommiſſi perceperunt C.6.t.48.le.6.in pr.

Ex Nouellis.

de *Reditu* Annuo N.160.cap.1.E. ¶In pecunia conſtituto N.160.cap.1.D. ¶Magnæ eccleſiæ C.I.Roman Argyr.1.

Ex Codice.

Redituum annuum offerens, reum inuitò creditore retinere non poteſt C.5.t.32.l.31.§.2.M.

Reditus Annui comparantur rebus immobilibus C.5.t.9.l.6.§.1.in prin.H.

Redituum emptio, v.Emptio. ¶Quantitas, facit ęſtimationem veri precij C.4.t.44 l.16.D.

Refecta nauis, v.Nauis ſ.

Ex Digeſtis.

Refectio, rei communis conceditur magis idoneè reficere volenti D.39 t.2.l.42.in ſeruitute oneris ferendi, ad dominum ſeruitutis pertinet D 8.t.5.l.6.§.2.& modus reficiendi l.6.§.5.le.8.in pr.

Ex Codice.

Refectio operum publicorum fieri poteſt, ſumptu publico Co.8.t.12.leg.5.

Refectionis cauſa ex aliena materia rei meæ adlecta, rei cedunt D.6.1.1.l.61.

Refectionis cauſa mutuum, habet priuilegium D.12.ti.1.l.25.D.42.t.3.l.1.t.5.l.24.§.fin.

ad *Refectionem* ædium publicarum reditus deputati C.8.t.12.l.19.

in **Referendo** prolixus eſſe nemo debet C.7.ti.62.l.39.§.1.C.

Referendarij eccleſiarum maiorum, quid olim faciebant N.6 ca.3.F.

Referendarij munus N.124.cap.4.M.

Referendarij palatij ad veterem numerum rediguntur N.10.§.1.C.

Referendariorum officium N.113.cap.1.H.

Reficere ripas fluminum publicorum, vtiliſſimum eſt D.43.t.15.l.1.§.1.

Reficiens tabulam æneam, leges formámue agrorum L. Iulia peculatus tenetur D.48.t.13.l.8.

Reformare Facilius eſt, quàm de nouo aliquid inducere C.5.t.8.l.3.in pr.

qui non **Refragatur**, conſentire videtur Cod. 7. titu.4. le.8.

Regem honorate. Codice 1. titulo 14. lege 12. in prin.A.

Regia lex vetat, mulierem antequam partus excidatur, inhumari D.11.ti.8.l.2.

Regionis error, ſi de corpore conſtet, non nocet D.32.t.1.l.35.§.2.mos inſpiciendus eſt D.25.t.4.le.1.in fi.& ſeruandus C.4.t.65.l.8.

Regiones quatuordecim tã Romanæ, quàm Conſtantinopolitanę vrbis N.43.c.1.§.1.B.

Regionum circumeundarum mos apud Athenienſes Di.50.ti.4.l.18.§.7.S.

Regionibus plerunque diuiditur tutela D.26.t.7.l.51.

Regium ius circa leges N.105.capit.2.§.4.F. conſtringitur legibus C.1.t.14.l.4.F.

Regula Catoniana, non pertinet ad libertates Co.6.t.50.l.1.§.6.L. ¶Generalis, patitur exceptionem Cod.5.titul.35.le.1.R. ¶Infinita, conſtitui debet incertæ & infinitæ rei. Codice 7 titulo 47.lege 1.P. ¶Iuris, conficitur ex ſæpe accidentibus. Codice 3. titulo 8. lege 4.C. ¶Vetus, cauſa alternationis. Cod. 6.titulo 27.lege 4.circ.med. ¶Vetus obtinet, donec per nouam innouetur Codi.7.titu.62.leg.32.§.6.

Ex Digeſtis.

Regula Catonianæ definitio & authoritas VALET IN ¶Voluntatibus vltimis purè ordinatis D.34.t.7.l.1.in pr. NON VALET

VALET

LEX IN ¶Inſtitutionibus conditionalibus leg.4. ¶Legatis,quorum dies non teſtamenti,ſed aditæ hereditatis tempore cedit D.34.ti.7.l.1.§.2.l.3. ¶Conditionalibus leg.2. ¶Legibus nouis l.5.

Ex Codice.

Regularum Iuris vtilitas t.D.*de diuerſ.reg.iur.*C.

per *Regulas* communes ſtatuium, non eſt trahendum ad conſequentias C.6.t.23.l.21.§.1.B.

Regni Aliena arcana ſcrutari non oportet Cod.4.titul.63.l.4.

de **Regreſſu** poſt captiuitatem C.8.t.51.G.

Regum filij qui præferantur in regno,nati poſt,vel ante regnum acceptum D.48.t.19.l.9.§.14.K.

non **Reiiciens** eligit D.47.t.5.l.1.§.6.

Rei vindicatio v.ſ.Vindicatio.

Relatio Appellationem non impedit C.7.t.61.l.1. ¶Comprahendere debet omnes omnino cauſas C.7.ti.61.l.3. ¶Corrigi poteſt per oblationem refutatoriarum precum C.7.t.61.l.1.in fin. ¶Diſcernenda eſt à conſularibus viris ad minus duobus C.7.t.62.l.34. ¶Examinari poteſt ab vno iudice,duobus, vel pluribus,à principe ad id commiſſis C.7.t.62.l.34. ¶Fiebat à iudicibus ad principem Co.7.t.61.L. ¶Fieri debet,bicui ſermone Co.7.t.61.l.3. ¶Fieri poteſt, in criminali cauſa C.7.t.61.l.2. ¶Fieri hodie non poteſt,poſt legitimè terminatam ſententiam C.7.ti.61.auth.nouo. ¶Fieri non debet ſuper delictis prouincialium,niſi ediderint prius conſultationis exemplum Co.7.t.61.l.2. ¶Indigere non debet,plena inſtructione Cod.7.t.61.l.1. ¶Non fit, niſi ratione aut neceſſitate exigente Codi.7.t.61.l.3. ¶Plena eſſe debet, quæ ad principem mittitur Cod.7.titul.61.l.1.P. ¶Plena eſt, cùm vel allegationibus repelluntur, vel probantur aſſenſu C.7.t.61.l.2.

Relatio Audiendi ſolum mandat officium, non autem dicendi, quid quis ſentiat C.9.t.22.l.22.

Relationis exemplum v.Exemplum.

Relationi Contradicere licet C.7.t.61.l.1.

Relatione Pendente,iudicis officium conquieſcit C.7.t.61.l.3. ¶Non licet ſupplicare principi C.7.t.62.l.13.

in *Relatione* principi facienda,debent acta publica mitti Co.7.t.61.l.3.

Relationes Apparitorum, non requirunt eorum inſcriptionem C.9.t.2.l.7.N. ¶Vicariorum,& iudicum,ad principem transferendæ C.1.t.38.l.2.

Relationes an ſublatæ hodie C.7.t.61.L.

de *Relationibus* C.7.t.61.

de *Relationibus* à iudicibus apud principem faciendis N.82.c.14.

Relator Iuſiurandi non appellat C.4.t.1.l.12.§.3.Q.

Relatiua in eodem,eodem tempore & eiuſdem reſpectu ineſſe non poſſunt C.5.t.30.l.5.cir.med.

Relatorum eadem natura N.123.c.2.§.1.M.

Relectio Inſtrumenti,an & quando denegari poſſit C.7.t.62.l.36.

Relegare non poteſt ſtatuendi facultatem non habens C.7.t.45.l.10.

Relegare non licet in loca prohibita C.9.t.47.l.26.§.4.

Relegandi ius quis habeat D.48.t.22.l.7.§.1.l.14.§.2.in quem locum l.7.§.6.7.8.9.& quæ ſit forma l.7.§.17.19.

Relegatio in opus publicum,non infamat,tempore finito C.2.ti.12.l.6.S.

Relegationis Differentia & deportationis C.9.t.47.l.8.

Ex Digeſtis.

Relegatus,Domicilium habet,in loco relegationis D.50.t.1.l.22.§.3.& vnde arcetur l.27.§.3. ¶Libellum offerre poteſt principi D.48.t.22.l.7.§.18. ¶Morari non poteſt Romæ, vel vbi princeps eſt l.9.in pr. ¶Statuas & imagines habere poteſt l.17. & ſtatum retinet integrum l.18.

Ex Codice.

Relegatus Detineri non debet,vltra tempus relegationis Co.9.ti.47.l.26.§.3. ¶Teſtari poteſt C.6.t.22.D.

non **Relegens** inſtrumentum falſum, quod offertur, ſi ſubſcribat ei,cùm aliud putaret ſibi non præiudicat C.4.t.22.l.5.

de **Releuatione** fiſcalium debitorum C.I:Nicephor. Boton.2.

Releuatio tributorum v.Tributorum.

Ex Digeſtis.

Relictum ad tempus liberorum,verificatur, ſi fideicōmiſſarius vxore prægnante deceſſerit Dige.36.t.1.l.20.ſub dignitatis nomine, extenditur ad ſucceſſorem D.31.titu.1.l.56. ¶Teſtamento quod dicitur iniuſtum,non debetur D.28.t.7.l.17.

Ex Codice.

Relictum D.N.Ieſu Chriſto,debetur eccleſiæ parochali in domicilio teſtatoris C.1.t.2.l.26.in prin. ¶Impietati, in pietatem conuertendum C.1.t.11.l.9.in pr. ¶Liberis naturalibus, v.legatum. ¶Piis cauſis,à quibus adimpleri debeat Cod.1.t.3.l.46.in pr.§.1.

Religio Debetur priori viro à muliere C.6.t.55.l.4.in pr. ¶Imperari non poteſt, nihil.n. ea magis voluntarium eſt C.1.t.9.l.19.§.2.D. ¶in Nuptiis requiſita C.5.t.4.l.4. ¶Violanda non eſt,occaſione tutelæ C.5.t.62.l.23.

Religio Chriſtiana,nemini detrimento eſſe debet C.1.t.5.l.19.§.1. ¶Contaminata in piaculū incidit C.9.t.29.l.5. ¶Iudicantis,circumueniri non debet falſis inſtrumentis C.7.t.58.l.4. ¶Iudicis,circumueniri non debet C.5.t.71.l.5. ¶Iudicis circonuenta,falſis allegationibus,nihil efficit C.5.t.71.l.5. ¶Vera,occaſui ſubiacere nequit C.1.t.1.l.8.in pr.

Ex Digeſtis.

Religionis,contemptu facile plerique iurant,alij timidè,metu numinis D.28.t.7.l.8. ¶Fauore,in dubio intelligitur quod maius eſt D.34.t.2.l.38.§.2.

Ex Codice.

Religionis cauſa præfertur redemptioni captiuorum,& alimentis pauperum C.6.t.48.authe.niſi. ¶Cura ab Imperatoribus babita C.1.t.1.l.9.in pr.C.1.t.1.l.10.in pr. ad Imperatorem pertinet C.1.t.1.l.1.in pr. ¶Cura,ad magiſtratum pertinet Co.1.t.1.l.3.in pr.C.1.t.1.l.1.l.3.in pr.

Ex Nouellis.

